

R. 8525



*Hoc libro continentur.*

I.

**D**Onati Iannotii Respublica  
Veneta.

II.

Notæ in Donat. Iannotium,  
& Casparem Contarenum.

III.

— Liber singularis de Forma  
Reipubl. Venetæ.

\* 2      FIG V-

F I G V R A E  
his locis inferendæ.

E Ffigies ponis Rivi Altij. Pag.  
323.

Figura A. pag. 405.

Tigura B.

Figura C. } pag. 406.

Figura D.

Figura E. } pag. 407.

Figura F. } pag. 407.

In quibus obseruandum, que dextra  
est oportet, sinistra est expressa : in  
Figura autem E. per A significari  
Ducem ; per B Consiliarios. C ex-  
viralis Consilii prefatos. D à Secre-  
tis. E. Magnum Cancellarium. F. De-  
cem-virum prefectum. G. Trium-virum  
Advocatorum. H. X-virum Praefecti ap-  
paritorem. I. III-viri Advocatorum appa-  
rit. K. IIII Nobiles qui procedunt ad  
sartem.

D E



REPVBLICA  
V E N E T A

DONATI IANNOTTII

Dialogus Primus.

PERSONAE

Trypho Gabrielius,

&c

Ioannes Borgarenus.

Vr studio varios ho-  
minum mores cognoscendi allecti ad urbes,  
exteraq; regiones per-  
agrandas mentem ap-  
pulerunt, diligenter  
animadvertere, notareque solent, si-  
quid uspiam offendant, quod ob in-  
signem aliquam vel conditionem, vel  
causam ablique accuratissima contem-  
platione preterminiti nequeat, unde  
non ipsi tantum prudentiores Doctio-  
resque siant; verum etiam qui domo  
pedem nunquam exulerunt, ex ea  
peregrinatione fructum aliquem col-  
ligant. Quo sanè sit, ut aliqui cùm  
publicorum, tūm privatorum etiam  
aedificiorum exempla capiant; qui-  
dam

dam vero, si qua sunt reliqua vetera monumenta, illa perscrutentur; alij quid regio quæque ferat exsimium, atque singulare, cognoscere velint; nonnulli, prout in aliquam vel arcem, vel urbem inciderunt natura, sive operibus artis ita communiantur, ut inex- pugnabilis habeatur, ejusdem formam, atque figuram exprimere studeant, deductis ad ipsam rens imitan- dam quam proxime lineis: uniusquisque tandem ea notat, atque obseruat, quibus suum ipsius ingenium potissimum capitur; aut etiam quorum com- memorationem audientium auribus cum jucundiorem, tum etiam adin- sibiliorum post accidere existimat. Ab hac igitur laudabili consuetudine cum minime discedendum mihi judi- carem, aliquid monumentis literarum prodere constitui, quod haec ipsa praefareret, ac testarum relinquere, qualunque provincias, aut urbes hoc anno perlustrasset, posteaquam mihi Florentia discedere contigit, sine illo fructu nequitquam obitas suis, quem trahere, & percipere debent omnes illi, qui dormiendum sibi in hac vita minime putant. Cum vero diu cogi- tasset, quæ potissimum scriberem, ea commemoranda non duxi, quæ super-

DE REPVE. VENET. 3  
rius enumeraví, propterca quod ipsorum notitiam quilibet aliunde sibi fa- cile comparare, atque haurire potest; amici autem mei, quibus ego rem gra- tam facere in primis studeo, his multò præstantiora, atque majora intelligere cupiunt. Quapropter in eam senten- tiā adductus sum, ut æquè jucun- dos, & hilares, atque serios, & graves exponerem, atque traderem sermones quosdam, quoscum nostro Ioanne Borgarenio duo Veneti Patrici contu- lere, Tryphon Gabrielius, & Hierony- mus Quirinus, atque etiam unus ē Patavinis civibus Nicolaus Leonicus, omnes cumulatissimi plurimis, maxi- misque virtutibus, ipsaque fama cele- berrimē, & maximē illustres. His au- tem sermonibus cum ego quoque interfuisset, id quod magnopere semper optaveram, ex iis intellexi, Venetæ Reipublicæ scilicet administrationem, maxime dignam quidem illam hisce temporibus, quæ à cunctis intelliga- tur, nec non observetur, neque vero minus à nobis omnibus suspiciatur, quam præcis illis temporibus suspi- rentur Reipublicæ Lacedemoniorum, atque Romanorum. Et quoniam ser- mo primum habitus fuit de admini- stratione illins Reipublicæ in genere,

A 2 deinde

## DONAT. IANNOT.

deinde verò de singulis Magistratibus,  
potremò de forma, sive temperatione  
ejusdem Reipublice; à primo nobis  
etiam fuerit auspicandum, non solum  
quia natura ita comparatum est, ut  
communiora facilorem intelligentiam  
habeant; sed etiam quoniam ab  
hoc primo sermone proximus alter  
tutus necessariò penderet, ab utroque au-  
tem tertius eadē ratione. Atque ut  
melius intelligatur, & percipiatur, quæ  
fuerit occasio Tryphoni Gabriello, ho-  
rum sermonum auctori, colloquendi,  
atque disputandi his ipsis de rebus,  
paùlo quidem altius, & aliquantò longius  
à re proposita exordium repe-  
tam', mox tamen sequar eundem or-  
dinem, quem adhuc ipse in suis gra-  
vissimis, sapientissimisque sermonibus  
instituendis.

Itaque cum Patavium accessissim,  
ab Ioanne Borgareno cive nostro ac-  
cessitus, ut una liberalissimis artibus  
operam daremus, ubi quieti dies ali-  
quot sunt à me concessi, id in primis  
curavit Ioannes vir admodum pru-  
dens & humanus, ut diligenter, & per  
ocium aspicerem, quicquid esset in illa  
urbe perexivium, atque singulare, ni-  
mirum publica, & privata quaque  
ædificia cum elegantissima, cum etiam  
orna-

## DE REPVE. VENET. §

ornatissima, nec non mœnia recenti-  
ssimè extorta circa totam urbem,  
quibus inexpugnabilis eadem redditur,  
alio quoque plurima eius generis, qui-  
bus à me diligenter inspectis, atque  
animadvertis, dedit ille operam, ut  
aliquor insignes, atque egregios viros,  
qui Patavij tunc erant, de facie cognoscerem. Quare cum perductus fuissem  
ab eodem ad virum summis hono-  
ribus, summaque reverentia dignissimum Petrum Bembum, cuius fama  
propter eximias animi virtutes longè,  
latèque diffunditur, sane quām facile  
aditum impetravi. Conveni præterea  
Nicolaum Leonicum, Græcæ, Latini-  
næque Philolophilias maximum magi-  
strum, prout unicuique cognoscere li-  
cebit ex iis, quæ non pauca conferi-  
psit, atque in lucem edidit. Versabatur  
Gabriellus Trypho tunc in quo-  
dam suo prædio, ubi diu, multumque  
commorari ipse consueverat ab omni  
procul ambitione liber, atque expe-  
ditus à cura, & sollicitudine civilium  
rerum, & ob eam quoque rem in-  
commodorum expers, quæ urbana  
vita secum plurima afferre solet. Ille  
verò in sua villa satis beatè, ac feliciter  
fruitur hac vita, communiq; omnibus  
spiritu, & quidem tanta cum animi

A 3                   sui

fui tranquillitate, quantam maximè potest humana mens capere; neque sanè ullum tempus intermitit, quin antiquissimos illos, & præstantissimos viros sibi socios adhibeat, Marcum, inquam, Tullium, Virgilium, Horatium, Dantem, Petrarcham, atque Boccacium, quibuscum ille continenter etatem agit in evolventis eorum voluminibus multum occupatus. Et quoniam Villa, in qua degit, non multum abest ab urbe, usū etiam venit eidem, ut circa incommodeum Patavium, quoties liber, frequentare possit, ad amicis impertendum aliquid suæ suavitatis ex consuetudine, quam profectò universi, qui noverint hominem, expetere, atque completi quām avidissimè solent. Nam præter insignem morum suorum gravitatem, refertus est quām maxima conitate, & benignitate, quæ res cunctorum membris afferunt incredibile quoddam viri desiderium. Veruntamen id in presentia mihi non est propositum, ut hujus nobilissimi Viri egregias virtutes prædicandas suscipiam, propterea quod & ipse laudibus à me profectis non indiger, & ego potius sermones, quos habuit, exponendos propero, quæ documenta præstiterint

ubero.

DE REPVB. VENET. 7  
überiora insicte virtutis. Posteaquam igitur intelleximus eundem Patavii futurum intra spaciun bidui, decrevimus expectare potius adventum suum, quām ed nos conferre: quo quidem curriculo elapsò statim arque fuit auditum à nobis ipsum advenisse, salutandi causā convenimus ad ædes Petri Bembi, apud quem divertere solet, cum Patavium venit, ibique hominem naſti ex animi voto, per humanè atque per amanter ab eo suimus accepti. Peractis autem mutuis salutationibus, ubi suam operam, atque studium alter alteri detulit, quemadmodum moris est inter illos, qui non sunt antea noti, in quoddam cubiculum fecerimus ab ipso deducti, quod aliquantum aberat ab ædium frequentissima parte, ibique ut asseditus, colloqui cœperunt ipse Trypho, & Ioannes in hanc sententiam.

TRYPHO. Multum est, mi Ioannes, id, quod tibi debeo, cuius operā, atque studio in singulos dies novis copiis amicorum subinde augor: quæ sanè res tanti est apud me, ut neque abs te, neque à quoquam alio majus, & præstantius beneficium accipere queam.

IOAN. Si noster amor, nostraque amicitia patitur, suavissime Trypho,

A 4 ut

S. DONAT. IANNOY.  
ut alter nostrum alteri quicquam debeat, ego sanè plurimum tibi debere me sentio pro multis officiis, in quibus hoc ipsum esse non postremum duco, quod per te mihi licet iis, qui me invicti patavium accedunt, amicis meis, impetrare frustum jucundissimum tuorum sermonum, eoque cum honoris, tunc officij generi eos prosequi, quod multò pluris abfque dubio faciendum est, quam si quis exhibeat ad spectandum ædificia magnifica, vias publicas, ædes sacras, atque id genus alia, que praelata, & maximè insignia videntur esse in hac Vibe. Hinc etiam contingere vix unquam potest, ut aliquis evadat prudentior, & sapientior, quam fuisse ante: sed coniunctudines, & colloquia cum probis viris id præstant, ut quisque non modò magis prudens excitata industria, verùm etiam fiat & solertior, & promptior ad amplectendas virtutes. Quare si quis amicorum me ad' longè charissimus, huic ipse tribuere valeo nihil amplius, sat scio, sive ad jucunditatem aliquam, sive ad animi frustum, quam tuam consuetudinem, & familiaritatem. Omnes enim eximias, singulareisque virtutes, unde singulorum mentibus ea vis, quam dicebam, ingeneretur, in te per-

BE RESPVS. VENET. §  
perspicere, atque intueri ipse mihi videor. Sed quia in hunc sermonem incidimus, aveo tibi dicere, quid nobis in mentem venerit, cum te modò adieremus. TRYP. Dicito, mi Ioannes, quicquid lubet: id enim mihi quoque futurum est perjucundum, quod esse vilium fuerit ex animi tui sententia. VAD. conterere totum debemus hunc diem, & si aliquid est nobis oportandum, quo tardum levemus, nihil oportabile magis arbitror, quam scitum aliquod colloquium. IOAN. Cum ad te proficeremur modò ex ædibus nostris, cæpetam huic familiari meo tuos mores exponere, & hujuscè vitæ rationem à te institutæ, que mihi quantum probetur, vix queam verbis consequi. Cogitantibus autem nobis quisnam existeret, quicum conferendus esses è veteribus, is in mentem venit, quem Cicero longè amicissimum habuit, siisque scripsit admodum celebravit, Pomponius Atticus. Siquidem ambo nati essis è gente Patricia, patriamque nobilissimam, atque celeberrimam natii: Pomponius autem cum materna sua lingua facundissimus esset, Græci sermonis fuit etiam sancè quam peritus. Tu quoque cum hac vernacula lingua, quā modò utimur, cum latino

A. § ser-

sermone, & scribis, & loqueris omnium quām ornatissimē, arque elegantissimē. Pares itidem, & similes cūlīs adēd liberalitate, ut ea certō statui non possit uter antecellat. Quamvis enim eādem, quā Pomponius olim magnificētia pecunias, & facultates tu largiri non possis, qui à re domētica non ita es, ut ille, paratus; magna tamen est copia tibi, quā nunquam deficiet amplissimarum virtutum, arque maximarum, quas cum aliis quia communīcāre perbenignē soles, hoc sānē sit, ut liberalitas tua sit cō major, arque excellentiō habenda, quō magis antecellunt virtutes divitiis, atq; iis omnibus, quāe vocantur fortunā bona. Quod autem vos quām simillimos, & quām conjunctissimos efficit, est id vitā genus, quod uterque vestrum patrīter colit, atque amplexus est. Pomponius semper à publicis negotiis vacuus, solitusque vixit: tu verō civiliū rerum quamvis peritissimus, ut ille quoque fuerat in sua Republica, nihilominus ab ipsarum administratione te contulisti ad hanc vitā summanquietem, & tranquillitatem, quā certè quemadmodum ille ita fruebatur, ut alius etiam prodesset, arque adēd prospiceret, quibusunque consiliis,

filii, atque rebus maximē possit: sic etiam tu nihil officij in quiete hac tua prætermittis, quod à te proficisci in communem rem possit. Itaque in hac ipsa collatione facienda cœpimus accuratē inspicere, atque animadvertere utriusque temporis rationem, arque conditionem, præsentis, inquam, etatis, atque illius, quā tunc erat, utrum his quoque intercederet ea similitudo, & conjunctio, quam vobis ipſis intercedere palam inuebamur, ut id, quod vulgo prædicari, jactarique soler, easdem sepenumero conditiones temporum redire, & incurrire, tanquam verum, minimēque ambiguum affirmari possit, argumento quidem ad fidem faciendam multe efficaciō, quām indumentorum, & ejusmodi aliarum rerum, quā quoridie versantur in sermone plebeculz rudis. TRYP. Persuasiōnū quidem habeo, id veri quām simillimum esse, sive Apophthegma, sive Proverbiū appellare velimus, multis saltē ex partibus, si non omnino. Coniicere autem hoc ille facilissimē paret, qui mentis aciem, & contemplationem voluerit intendere ad eum, qui nunc est, rerum statu, Italiæque miserrimē affectæ conditio nem, cuius quidem infortunia, & calamitati

Iam hinc duo tempora mihi videntur habere spectanda praecipue ; alterum quod ipsi pariter Italie , ac Imperio Romano prima cauâ , & origo malorum fui , quando Cæsar suis armis Vrbem oppresit ; alterum , quod ejus miseras tandem ad summum exultit , quo tempore Gothi , Hunni , Vandali , atque Longobardi totam regionem excurrentes fecundissime sunt depopulati . Nanc autem si contemplari pergam ea , quæ cùm in Oriente , tûm in Occidente paucis abhinc annis plurima continguerunt , animadverteri facile poterit , iis omnibus , qui in Italia degunt , alterum ex illis temporibus imminere : utrum autem sit magis pertinacendum , expedire non possum . Nam prius illud tempus , quod antecessit , ab altero deinde proximo fuit exceptum , unde vicissitudines omnes illæ ortum habuerunt , quæ cunctis rebus eam , quam cernimus adhuc , faciem induxerunt , abolita penitus , & sublata jampridem forma , quæ temporibus fuerat veterum Romanorum . Sed nolo certè committere , ut totus hic dies tribuatur nostris ærumnis , calamitatibusque recensendis . Quare veniam ad id , quod præcipue me attingit : nam quæ tu modo de me affirmabas ,

DE REPVB. VENET. 13  
nabas , ego minimè probo . Vide autem ne summa tua benevolentia erga me omnem modum excedat , teque in fraudem adducat : quandoquidem nullam in metam insignem virtutem agnoeo , ut cum tali viro , qualis fuit Atticus ipsa re , videar comparandus . Illud tamè in præsentia nô differam , utrum cum eo componendus ipse , nec ne sim ; propterea quod in hac disputatione si non nihil versarer , merito suspectus evaderem , quasi existimarem , ingenio , aur prudentia Pomponium aquari à me possè . Quod autem modò dicebas , nos quām simillimos reddere , in eo similitudinem aliam nullam esse video , quām cujusdam evenetus . Nam , quemadmodum ille administrationem Reipublicæ attingere noluit ; ita sponte à publicis munieribus ego me subduxì : sed rationes , & causæ non sunt etdem , quæ nos impulerunt ad optandum idem viri genus , quin immò planè sibi sunt aduersæ , & contrarie . Pomponius enim cum intelligeret suam Rempublicam corruptissimam esse , neque verò integrum sibi fore , ut formam pristinam eidem restitueret , ab eadem gerenda destitit , ne simul periret ; si quidem Respublica , quæ non manet in

in suo statu , perinde se haber , atque  
marc tempestatibus agitatum , cui si  
quis interea se , suaque committit , non  
habet inde facultatem arbitrari suo  
pedem referendi . Ego vero curam  
omnem civilium rerum non ob id o-  
misi , quandoquidem nostra Respu-  
blica non est depravata , quin potius  
hac etate (ni fallor) est omnium abso-  
lutissima , atque perfectissima , si fuit  
unquam alias , quippe cujus ratio est  
ejusmodi , ut excellentioribus institu-  
tis temperari nequeat , neque verò  
majori cum tranquillitate , & con-  
cordia geri , cùm sit à seditionibus in-  
fatis planè disiuncta , omnibusque iis  
rebus , quaes florentissimis Civitatisbus  
perniciem asserre solent , quodque lon-  
gè præstantissimum est , optimorum ,  
fortissimorumque civium magna co-  
pia floret , quorum sapientia , & vir-  
tute quam felicissimè regitur . Quam-  
obrem ipse mihi non parum congra-  
tulor , primum quod in Italia preci-  
puè natus sim , hoc est in regione ca-  
terarum principe , ac regina ; deinde  
Venetis , quæ in Urbe multas ex illis  
virtutibus expresas licet inrueri , quæ  
de priscis hominibus illis cùm Roma-  
nis , tunc Græcis , constanti fama , &  
omnium sermone celebrari solent .

Atque

Atque eo sanè fit , ut neque Lacedæ-  
moniorum , neque Romanorum mul-  
tum invideam Reipublicæ : licet enim  
tot gentes , provinciæque ceciderint  
sub hujus imperium , quod omnes no-  
verunt ; non tamen idcirco minus  
beatam , felicemq; nostram ipse duxe-  
rim ; quandoquidem non est in ma-  
gnitudine Imperij publica felicitas sita ;  
sed in ea re , ut pacate , & tranquille  
cives omnes vivant ; quo in genere ,  
si nostram Rempublicam dixeris Ro-  
manæ antecellere , puto euidem fore ,  
ut nulli prorsus accusationi jure sim  
obnoxius . Ex his igitur , quæ dispu-  
tavi , potes intelligere , istud ratio-  
nibus me non adductum fuisse , ut hoc  
ipse genus vite instituere complecti ,  
quibus impulsus est olim Pomponius  
Atticus : Commemorare autem nihil  
modò attinet , quid me induxit ad  
suscipienda hanc rationē vitæ : quod  
si forte cognoscere studeas , atque in-  
sistare pergas , hoc unum certè in præ-  
sentia dixeris ; ad hanc vitam liberam ,  
& omnibus curis humanis expeditam ,  
ipsa natura me propensum semper ex-  
stitisse , tandemque libentissimè com-  
plexum fuisse ; quod certò scirem pa-  
triæ meæ nihil hanc rem vel officere ,  
vel incommodare , cui quidem cum  
suppe-

supperat ingens copia præstantissimum civium, nihil opus est opera, vel industria mea. Præter hæc, alia non pauca possem adducere ad hanc ipsam vel causam, vel defensionem meam; verum tamen ea dixisse, quæ audisti, sufficiat. IOAN. Valde mibi probantur isthac omnia, quæ de te, arque Pomponio dislœciisti, in quibus modestiam ingenitam tibi facile cognovi. Sed in præsternitudo nolo ad tuas laudes prædicandas ingredi, cum præsternitudo non satis æquis auribus à te accipiatur, ut ego quidem arbitror, ea de causa quæd existimes, ibi non esse verbis, & sermonibus opus, ubi res ipsa loquitur, operaque extant. Enimvero si rectè sermones tuos ipse animadvertis, distum est à te modo, non habere te, quod Romanis ita multum invideas, & tantum non æquare cum illis cives tuos cœpisti. Dic ergo fides; Etne tu revera in hac sententia, ut existimes, Rempublicam vestram cum Romana comparari posse?

TRYP. Ita plane sentio. Nam, quamvis imperium nostra Civitatis, ut modo dicebam, amplitudini Romanæ respondere nullo modo queat; alia tamen, & satis quidem multa non defunt, quibus ea quoque multum superatur

DE REPVB. VENET. 17  
ratur à nobis, unde cōpenatio quedam, & æqualitas oritur. Quidam autem ex iis, quorum monumentis res à nostra Republica gestæ commendatae fuerunt, in quorum numero est, nequid te cœleste, M. Antonius Sabellicus, quem virum nomine coram aliis minimè appellasset, ne quis existimat à me illum accusati; qui summa eloquentia nostra Urbis res illustravit fuerunt, inquam, nonnulli, qui Venetiam Rempublicam cum Romana conferre voluerunt; sed in ea collatione instituenda non usi sunt ea prudentia, quam res exigebat. Nam bella nostra tantummodo cum Romanorum bellis contulerunt, quæ procul dubio vel intervallo quam longissimo non possumus assequi. Neque vero quicquam est adeò rudit, atque rerum expers, quin, ubi collationem à Sabellico in historiis suis institutam legerit, eandem sentiat assentationem quandam manifestissimam esse, cum tamen idem multa præterierit, atque misla fecerit, quæ facis confidenter asserre poterat, sique fundamentis ipsius utramque rempublicam citra usum suspicionem assentandi inter se componere.

IOAN. Tui quidem hi sermones, Trypho stavissime, cupiditate sciendi

E magna

magna me incitarent, quānam ratione vestra Respublica Romanam equiperet. Profectò si rem ita se habere putarem, esset quod animo ingentem voluptatem caperem, dum cogitarē, non esse damnanda tam facile hæc tempora, quibus ejusmodi Rēpublicam stanter intueamur, quæ minimè concedat antiquissimis illis, quæ sermonibus, & prædicatione cunctorum sunt adeò celebres. Quæso igitur, ne graveris, quando in sermonibus ejusmodi hic dies traducendus est, hoc ipsum, quod aiebas modò, mihi probare. TRYP. Nihil, quod tibi jucundum accidat, mihi grave duco: sed heus tu, habefue compertum, quānam ratione Respublica à nobis admistretur? quæ sit ejusdem forma? quæ temperatio? quæ leges?

IOAN. Evidē legi pridē quoddam Sabellici opusculum, in quo vestri Magistratus omnes percidentur: Percūntatus etiam sum à pluribus, modò hoc, modò illud: Sed tamen ex iis omnibus, qua vel ipse legi, vel ab aliis accepi, nondum Rēpublica vestra administrationem planè sum affectatus, quemadmodum se habeat, & ejusmodi sit. Arque ut dicam illud, quod ipse sentio, ille Sabellici libellus non

non est magno usui: Licet enim commemoraret, atque enumeraret singulos Magistratus, tamen non subiicit oculis, neque exprimit ipsam formam, & coagmentationem totius Rēpublicæ, seu temperamentum. TRYP. Non est alienum à veritate hoc, quod ipse dicas: Habet enim se Rēpublica quælibet ad instar ejusdani corporis, sive ut verius dicam, ipsa est quoddam Corpus, à natura quidem ipsa præcipue formatum, sed mox ab arte quoque multum expolitum: Siquidem quando natura hominem effinxit, universitatē, seu communionē quoddam formare instituit. Itaque cum singulæ Rēpublicæ sint quoddam corpus, necesse eriam est, ut sua membra singulis non desint, quibus membris quoniam mutua quædam ratio, & conjunctio debet intercedere, non secus atq; inter membra cuiuscunque corporis; inde fit, ut qui hujusmodi conspirationem, atque societatem singulorum Rēpublicæ membrorum inter se non cognoverit, ne corpus quidem ipsum intelligere valeat, quæ ratione sit constitutum, atque adeò effectum. Hoc ergo est, in quo Sabellici diligentiam, studiumque desidero, qui tameris collegesit, atque recen-

B.2. fuerit

fuerit omnes Magistratus; non tamen aperit, quoniam inter se modo sine apti, connexique, & quid, quantumque alter ex altero penderat, ita ut ab soluta, planeque integra conformatio Reipublica colligi inde valeat. Quapropter id principiō tibi cognoscendum fuerit, quemadmodum administratio nostrae Reipublicae temperata sit; alioqui nihil eorum, que cupis, intelligere poteris. Nescio tamen, utrum haec omnia possint expediti commode hujus diei duntaxat exiguo curriculo.

IOAN. Milii quidem fatis fuerit à te percipere genus ipsum administrationis in vestra Republica; hoc enim percepio, facile deinde cognoscere potero, & quibus in rebus ea vel consentiar, vel discreper ab omnibus aliis, apud me statuere. TRY. Reste aīs, Itaque sermonem instituemus de nostra Republica, qui tibi non mediocri voluptati futurus est administrationes varias Civitacum investigare, atque intelligere cupienti. Nam perspicies in hac nostra ratione præstantissimas leges, optima instituta, & prudentissimam rerum omnium temperationem: & quanquam singula, prout res ferret, atque exigeret, accurassime, atque exactissime modò non obser- ventur;

DE REPVB. VENET. 21  
ventur; nihilominus hæc nostra ci-  
villis administratio non ira multis ac-  
cusionibus, sive reprehensionibus  
patet. Cedit enim hoc vitium in for-  
mam Reipublicæ quamlibet, id quod  
exemplis cum Romanorum, tūni  
Spartanorum apertissimè constat. Sa-  
tis est autem universa, que contin-  
gunt, errata in hac Civitate non ejus-  
modi esse, ut aliquod insigne derri-  
mentum importare possint.

IOAN. Perquam mihi gratum, ju-  
cundumque fuerit, institutiones hasce  
vestras probè omnes cognoscere, quas  
quidem ego non dubito præclarissimas  
esse. Siquidem imperium, quod in  
tam multa secula stabile permanxit,  
nulla domestica impressione labefacta-  
tum, neque ulla vi infusa, id profectò  
necessarium est, eximia quadam soler-  
tia, & admiranda providentia tempe-  
ratum esse. Et quidem ipsi fortunæ  
magñas gratias habeo, quæ me in hunc  
sermonem opportune adduxit, unde  
tibi data est occasio ea commemo-  
randi, quæ diu, multumque intelligere  
mihi erat in optatis. Aggrediaris igit-  
ur, quando luber, ad rem institutam;  
quandoquidem ad audiendum me  
quām promptissimum, & quām para-  
tissimum habes. TRY. Quamvis hoc

B 3 non

non utar cubiculo , tamen expedire arbitror , ut in eo maneamus, quod regat ad septentrionem , eoque solis immodosos astus non facilè admittat; præterea verò hic à domesticis tumultibus quam longissimè absimus : iis autem quemadmodum afficiat, id genus vita , quod mihi sponte optavi, declarare potest. Vir optimus, & summa oblervantia dignissimus Petrus Bembus ob egregias virtutes non paucos habet è nobilibus viris , qui secum quam libentissimè versari solent: immò nullus in hac Vrbe vir insignis est, qui salutandi causā ad eum non accedit: Quod si alibi commoremur, fieri non potest , quin iij nobis obliterant, atque inconvenient, qui frequentare conuerterant has ades officii causā. Quare permanebimus hoc in loco ab aliis sejuncti, ut institutis sermonibus totum diem tribuamus. IOAN. Valde mihi probatur hoc tuum consilium, jamque ut disserere incipias, avidissimè expecto. T.A.V. Priusquam disputationem ingrediar , vos nonnullis de rebus commonitos velim , quæ quodammodo viam nobis munient ad id, quò tendimus. Nam quicunque cupit intelligere alicujus Reipublicæ gubernationem, aut est Civis, atqu e particeps

DE REPVB. VENET. 23  
ticeps ejusdem Reipublicæ, aut est perigrinus. Si Civis est, oportet ut quinque cognoscat, & quam optimè tenet, iu quibus consultandi vis tota versatur. Principiò Civitatis opes, atque facultates, nimirum quæ sunt quidem vestigalia, nec non etiam sumptus. Deinde pacis, & belli universam rationem, hoc est, quibus armis vel instruenda jampridem sit, vel instrui adhuc debeat; quæque bella superioribus & statibus gerita fuerint, & quonam successu; quorū etiam, quantaque finitimarum copiæ, atque vires, ut quibus sit vel dissidendum, vel confidendum probè intelligatur; & quibus sive adjutoribus, & sociis in bello , sive etiam adversis, atque infestis oportebit uti. Adhac autem quæ sit ratio, & facultas ipsius regionis tuendæ, hoc est, quænam ad id praesidia, & quot requirantur; quod ut cognoscatur, opus est habere perspectum quam optimè regionis situm, & cujusmodi sit ille, an immoderante, utrum in planicie, an in monte; prope ne, an procul à mari collocatus; & an careat fluminibus, an potius abundet. Mox eorum, quæ importantur, & quæ exportantur, est habenda notitia , ut videantur quæ suffpetant , quæve desint. Tandem

quoad ferendas leges sunt, qui velit administrare publicas res, noscere debet, quae Monarchia, seu tyrrannidi leges magis congruant; rursus quae vel Aristocratica, vel Oligarchia, vel Democratica, vel Ochlocratia, aquae ita singularis aliis imperii formis sunt accommodatae. Hæc igitur omnia civibus esse nota debent. Qui vero peregrinus, & non civis est, ante omnia cognoscere debet administrationem Vrbanæ totam rationem. Quare cogitanti mihi te non esse participem nostræ civitatis, cuius regimen a te ipso percipere valeas, antequam ea, qua dixi, attingam, faciam ut intelligas, quænam sit apud nos ipsos ratio civilis administrationis: Deinde vero persequar ordine singula, quantum est re videbitur. Quod si forte in his sermonibus aliquid audies, quod alias etiam memineris abs te auditum fuisse, quodque non magni momenti tibi videatur; nolim ramen, ut minus attentum te mihi præbeas: futurum est enim, ut singula in usum veniant, cumque magna parvus, & ignota notis conjuncta, colligataque sint; nihil omnino ex iis omissendum fuerit. IOAN. Dic, amabo, quicquid in rem vistum tibi fuerit, mi Trypho: nam quæcumque

protu-

protuleris, ex finibus quæm prudenter & quam optimè fuisse prolatæ. TRYPHO. Vrbs ipsa, Venetiarum nomine insignita, parvis aliquo insulis continetur, quæ positæ sunt in æstuariis maris Adriatici cōtra flumen, quod Patavinus agros interfluit, nomine Medoacum, quæ idem in stagna non ita pridem rectâ ferebatur. Quæ in re animadvertere debes, hunc Italie tractum, quem veteres appellaverunt olim Venetiam, ita secundum Adriæ littora depresum, & proclivem esse, ut propter aquarum magnam copiam ab iis fluminibus, quibus tota regio scatet, investam, & propter æstum maris, quæ litus patet, influentis, intra non exigua pars in paludem abierit. Est autem id omne spaciū interceptum instar arcus, non quidem remissi, sed potius concreti, cuius arcus in ipsa continente similitudinem exprimit id, quod hæc stagna circumampliebitur undecunque concavum. Nervus autem est id, quod vocamus litus, quandam speciem præ se ferens aggeris crassioris, est etiam ubi latioris; inchoatur id ab ipso mari sive sinu Adriatico, & rectâ fere continenter procurrit, quoad infra Brondulam ipsam continentem attingat. Inrerrumpitur

B 5 alicubi

26 DONAT. IANNOT,  
alicubi tamen hoc ipsum littus, ut ma-  
ritimos aestus cum accedentes, tum  
etiam redeentes admittat, & fluminis  
iis facultatem praebat, quæ dela-  
bantur in aestuaria, petendi mare, ut  
se exonerent: ideoque nonnulli existi-  
manit, hæc intervalla disjuncta nihil  
aliud, quam ostia fluviorum esse, quæ  
modò vocari solent à nobis Portus,  
propterea quod ut cæteri Portus adi-  
tum præbent omnibus navigiis, quæ  
hic undique mercibus onusfa cōmeant,  
aut etiam hinc abeunt. In his autem  
præcipui sunt Portus ad Brondulum,  
ad Fosham Clodium, ad Metamaucum,  
ad Castella gemina, ad D. Erasmi, ad  
littus, quod vocatur majus, & quod  
triplex portus. Quicquid igitur inter-  
ceptum spatii continetur intra hunc  
aggerem, quem descripti, atque conti-  
nentem, id ipsum est, quod vulgo di-  
citur, aestuaria, sive stagna maris A-  
driani, quæ tamen aquis ubique ita  
non sunt obruta, quin extent ab ipsis,  
atque emineant certa quedam loca:  
hæ sunt Insulae, in quas finitimi qui-  
que populi, ut Atilæ vim effugerent,  
olim fæse abdiderunt, moxque coen-  
tes omnes, & in unum coacti, hanc  
urbis formam pulcherrimam tandem  
effinxerunt. Ea distat à continente,

qua

DE REPVB. VENET. 27  
quæ minimum quinq; millia passuum:  
à littore autem ipso sc̄ere duo. Priscis  
temporibus longius aberat à conti-  
nente, nempe ad decem millia pas-  
sum, propriea quod aestuaria perti-  
nebant usque ad eum locum situm ad  
Medoaci ripas, qui tunc, ut plerique  
arbitrariuntur, ob eam rem vocari sole-  
bat. Ora lacus, modò corrupto voca-  
bulo dicitur, Oriacum. Industria ma-  
jorum nostrorum obstante non potuit,  
qui id spaciū totum aggerendo flumi-  
na complerent, quod inde ad pagum  
Safusinas usq; intercedit, ubi navigia,  
quæ Patavio solvunt Venetas, aut Ve-  
netis Patavium, operâ, & vi trochlearum  
supr̄ aggerem quendam evecta,  
qui ab urbe Medoacum avertit; hinc  
ad aestuaria; illinc ad fluminis alveum  
recta transtincturur. Ipse verò natu-  
ra hujus urbium sicum valde turum præ-  
ceteris omnibus effinxit: neque enim  
duntagat à continente, sed etiam à  
mari, quamvis in aquis sita nullam  
vim reformidat. Præstant autem id  
ipsa stagna, quibus undique circa ur-  
bem, & etiam intra navigatur, omni-  
bus locis ita humilia, atque adeo de-  
pressa, ut nisi parva quedam navigia  
facile non admittant: quibus sane sit,  
ut cum mari aestus maximè recedit,  
plurima

plurima loca detecta conspiciantur. Si quis igitur à continente statueret Venetias invadere, ad copias suas traducendas sternere pontibus , aut rati bus cogeretur, quicquid eboris est interiectum inter urbem ipsam, & continentem ; que res ob maximam operis difficultatem confici nullo modo posset. Quicunque verò ad eandem urbem invadendam cogitarer instruere, atque ornare classem intra ipsa aestuaria, huic objicerentur incommoda gravissima duo. Alterum, quod ob vadorum humilitatem nihil loci posset obtinere ad navigia explicanda : ut enim aestu maris in accessu maximè se attollente, classis alacribi stare instructa fortasse queat, paucis tamen horis eadem maximum periculum adiret, ne hæret in vadis. Alterum , quod operam frustra, & tempus impenderet is, qui nauas nō haberet validè loci peritos; nam sc̄epe numero contingeret, ut ipsa navigia præter Euriporum alveum devesta, mox ab aquis in secco desituentur, quippe que vel cum maximè aestus intumeſcit, nunquam ita colluntur, ut qualibet navigandi facultatem integrum relinquant. Si quis autem conetur à mari Venetias aggredi, objectum ante omnia aestuaria littus penetrantur.

netrandum eidem necessariò fuerit : obstrutis itaque sive oltis, sive portibus illis, quos suprà memoravi, aditus omnino intercluderetur ad ipsa aestuaria. Neque verò id efficere operosum esset, quoniam ea intervalla non ita multum lata, nec profunda sunt. Siquidem in urbis ipso conspectu is, qui appellatur, geminorum castellorum portus, eam profunditatem nō habet, quin majora navigia expeditare oporteat, quoad aestus accedat, & quidem maximus. Sed aliud est præterea, quod obstat ingredientibus: nam quotiescunq; tempestibus vel ad modicum tempus fuerit mare concitatum, ejusdem vina subeunt ingentem vicissitudinem ante ipsum portum undarum, ac turbinum vi impulsis, atque jastratis hue, & illuc arenis, ita ut quā patuerat aliquando facillimus ad urbem aditus, eadem polte contingat omnem obstrutam viam esse. Que res necessitatem affert aliquot homines huic muneri præficiendi, qui cum tempestas desierit, ubinam ea reliquerit aditum patentem, exploratum eant, ut eum navigiis cùm ingredientibus, rùm egreditibus monstrare valent: in fauicibus autem portuum exteriorum ædificari castella possunt, sive

propugnacula, quæ tormentis instruēta ab ingressu arceant. Quod si quis etiam classem in astuaria transvehēret, in easdem incurreret difficultates, in quibus eum versaturum superius ostendimus, qui classem intra ipsa astuaria vellat adornare. Præterea verò in iis Euripiis collocatae, per quos accedere proprii hostii niteretur, opplette ruderibus naves obfirmarentur, quæ bellicis tormentis oppido munire, quo seunque infestos accedentes longius summoverent. Quid? quod ii, qui ratibus, aut alia quacunque hujusmodi machinationes ad urbem appellerent, adversus eos valli per tota astuaria depacti, certa quadam forma componi, statuque posseint, quæ afferret iisdem gravissimum impedimentum; præterquam quod infensus hostis quæ irrumperet (nam fieri nullo modo posset, ut falleret, aliud emetendo, atque aliud capiendo iter) excitari posset conjunctis navibus aliquod propugnaculum à lateribus adeo firmum, ac munitum, ut omnes id subire, immò accedere prope perhorrecerent; quæ ratione videmus Ferraiam, Paravium, & Cremnam, aliaque nostris temporibus oppida communica. His de causis arbitror urbis nostra situm ab hostili

qua-

quâvis irruptione tutissimum esse. Rex Attila idcirco post Aquileiam eversam, eum liberius excurseret per hunc Italique tractum, qui Venetis tunc nomen obtinebat, eos omnes, qui huc se receperant, ut ejus impetum evitarent, aggrediendos suis armis non existimavit. Pipinus autem Caroli Magni filius Oberorio Duce nono gerente rempublicam, qui aggressus est administracionem anno salutis 804, aggredi quidem nostram urbem temere fuit adhuc eâ classe, quam Ravennæ apparatae instruxerat; sed ejus inconsulta temeritas, atque amentia non alium eventum habuit, quam commerita fuerat: à majoribus enim nostris magno cum dedecore fusus, amissâ clavis, profligatusque fuit. Urbem porrò totam Euripus quidam, qui Canalis major à nobis dicitur, in duas partes fecat; Altera pariter ad meridiem, & occidentem; altera spectat ad orientem, & leptencionem. Refert Euripus iste quadrangulus serpentis formam, & antiquam literæ, S, notam imitari videtur, sed contrario modo descriptam, prout expressum hic vides; ubique fatis profundus, & eâ latitudine, quæ flumen aliquod fatis amplum æquer, quo non secus urbs ipsa discriminatur, atque

Arno

Arno vel Florentia, vel Pise, sive Tyberi Roma, sive Athesi Verona. Ejusdem origo prima ad Medoacum referatur, qui prius quam ad Safuinam cursum averteretur, in mare se profundebat per illud ostium, quod appellatur modò Castellorum portus. Influunt in ipsum ali quoque propè inumeri Euripi patentes in latitudinem satis amplam, quibus nostra distinguitur, neque verò minus ornatus, quam vestrarum urbs amplitudine, & pulchritudine publicarum viarum. Hi maxima ex parte non nisi cymbis perlustrari possunt; neque tamen aliquot desunt, qui habeant ab altero latere vias lapidibus stratas, sed quam paucissimi vias exhibent ab utroque, quas appellamus vernacula lingua, fundamenta. Quam summilla forent hac ei viarum generi, quod apud vos Arno imminet, crepidinibus demptis. Neque verò tantum Venetiae sunt hæ mari viæ; verum etiam terra sunt illi, qui dicuntur Calles, non tamen satis aspectu elegantes, & palechri: præterquam enim quod breviores plerunque sunt, & rectæ non tendunt, non ita multos facile competrias, qui binos homines admittant una pari gressu incidentes, adeo coquunt in arctum, atque angusti sunt. Quoniam

vero

verò intercurantes Euripi passim eos interrumpunt, quo totam per urbem facere iter pedibus licet, adjunguntur idem, & continuantur ponticulis lapideis quamplurimis superinductis, quorum licet numerus ingens, ea tamen non est frequentia, quin sèpè numero circuitus quidam capiendus sit, vel ad proxima loca proficisciendi. Frequentissimam verò, celeberrimamque totius urbis regionem, in quam omnes mercatores confluent, adeptam Rivi alti nomen cum Regia via, quæ dicit ad ædēm sacrum D. Marci, acque ipsum Ducarum, pons è ligno subli- cius transversarius jungit, quo uno maximum Euripum illum transcendere licet. Sed ne semper cogantur hunc pontem adire illi, quibus huc, aut illuc transmittendum est (quod certè nimis incommodum accideret) pluribus locis certi quidam homines attributi sunt, qui eo genere cymbarum, quod proximè explicabitur, quæstus, & compendii causâ quemlibet trajiciunt; unde nomina trajectuum locis ipsis indica. Ceterum qui præstant hanc operam, inopes, & plebeii sunt, isque mandatur hoc munus à quodam Magistratu, qui hanc ipsam rem curat, & omnes delinat ad trajiciendum alios alios

C

locis

locis: cautum est porrò lege, quo homines per singulas vices, & etiam quanta mercedula transportandi sunt. Quibus rebus sit, ut Euripi maximi transmissio neque difficilis ulli sit, neque sumptu gravis, tametsi præter eum pontem nullus aliud suppetat. Hoc modo terrestre iter in urbe nostra conficitur, quam tamen etiam mari rotam pervadere, & quidem majori quodam compendio, & commodo licet. Est nobis quoddam genus cymbarum ad id comparatum, quas Gondulas ipsi nominamus, eleganter, affabreque facias, quibus sunt omnes Euripi perenniter instruti: utimur autem his, eorum, molorum, ac rhedarum vice, quarum spectatur innumerabilis ferè multitudo. Nam cum longè pluviæ sint ex, quas Patricii, & reliqui cives semper ad usus proprios instrutas in promptu habent, tum multis partibus illæ plures adhuc sunt, quæ tenentur ab iis, qui inde lucrum querunt. Urbis quidem ipsius pulchritudinem multò magis maritima, quam terrestri profectio contemplari licet; propterea quod Euripi latiores plerique sunt, & pulcherrima quæque ædificia secus ipsos exstructa, quæ licet eos, quos vocamus Calles, nonnunquam pro-

DE R E P U B . V I N E T . 35  
prospectent (nam singula utrinque possunt adiri, & à terra, & à mari) nihilominus ipsa facies ædificiorum, quæ præcipue totius operis elegantiam ostentat, aquis plurius incubat, & prospectum pandit, est ubi etiam pertinet ad aliquot Calles, quorum tamen angustia nimia facit, ut operis magnificientia non satis appareat. Cæterum magna fodiunt pars urbe tota per Euripos exsiccatur, æfluque maris abrepta fertur in altum; quanquam hoc Euriporum alveis nō sufficit profus evacuandis, proindeque danda est assidue, prout datur, opera, ut excavatio alveo penitus purgantur. Nihil de salubritate aëris modò attinet dicere. Prisci quidem temporibus, quod Vitrullus perhibet, habebantur omnium deteriora hæc loca palustria. Nunc inter omnes constat, Patavium, atque Venetas frui præ cæteris Italie oppidis aëre quam saluberrimo. Argumento est, quod in utraque urbe plurimi affecta, & inclinata jam extare senes reperiuntur, qui tamen & corporis, & mentis robore satis possent. Expedita verò facilitas cuinam est ignota consequendi ea, quæ ad victimam sunt necessaria? Autores ii, qui scripserunt olim de urbium situ, eas prudentissime conditas

existimarent, quæ non in maritimo littore, sed procul essent inde sitæ, minimum sex, sumnum decem pañum millia. Nimirum propinquitatem mariis ea de causa non probant, incursionebus, & latrociniis piratarum ne sit urbs obnoxia: id autem intervalli, quod dixi, laudabil idcirco, ne commoditatibus illis careat, quos mare suppeditat. Urbs ergo nostra cum posita sit intra seūaria, mari opportunitate sanè quam facile uitur; quibus autem rebus est ab hostium aggressoribus, ut jam dixi; tuta; iisdem etiam piratarum incursions non reformidat: cumque non procul absit à continente, non minorem inde, quam si collocaretur in ipsa, fructum quoque capit, præsertim cum sit in urbis conpectu Italæ feracissimus ager in ea regione, cui Venetiz nomen quondam erat, idemq; passim distinctus pulcher. rimis annibus, cuiusmodi sunt, Tilia-venetus, Liqueutia, Anaxus, Silis, Medocæus, Athæsus, qui omnes in aestuaria decurrunt; unde sit, ut non solum affluenter, atque copiosè; verum etiam turfissime, atque facilissime in nostram urbem, quæ ad viatum necessaria sunt, importari queant. Atque ita ex iis, quæ sunt haec tenus exposta, colligere licet,

nihil

nihil eorum in civitate nostra desiderari, quæ vel ad sui defensionem requiruntur, vel ad parandi viatus facilitatem. Hic est Veneriarum situs; hæc opportunitates, de quibus ea duntaxat attingere volui, quæ magis ad rem fore mihi videbantur: quamvis autem te non latere quicquam ex iis scirem, prætermittere tamè nihil volui, ne redderetur explicatio mea quodammodo manca, & imperfecta. IOAN. Explorata mihi quidem erant ea, quæ de urbis vestra situ commemorasti, quippe quam ipse non semel aditam perlustravi; hæc ramen ipsa mihi jucundissimum fuit abs te modò audire; siquidem oratio tua renovavit eorum, quæ jam pridem conspecta fuerant, memoriam. Sed cur, amabo, dixisti, expositionem tuam mancam, & imperfectam futuram, si descripitionem situs omisisses? T R Y P H O. Non una quidam ex causa, & ratione: Nam cum de nostra republica sermonem habitu-ri simus, consentaneum minimè dicebam ad ipsam aggredi, nisi prius ali- quid egism̄ de sede, in qua est collo- cata; cum præst̄im ad alieujus rei-publicæ formam probè intelligendam permagni referat, quod spectat non ad mores tantum, sed etiam ad poten- tiām,

38 DONAT. IAN'OR.  
tiam, & opes habere cognitam, &  
perspectam naturam loci, atque situs,  
a quo continetur: quam ipsam ob rem  
ii, qui praecepta condendi urbes tradi-  
derunt, permultum interessē docent,  
ubinam sedes eligatur, verum in colle,  
an potius in plano, propene, an procul  
à fluminibus, & à mari. Quid? quod  
omnium Philosopherum celebriſt est  
doctrina, univerſas artes, & disciplinas  
ab iis, quæ magis communia videntur,  
inchoari debere. Hoc autem posito,  
non video, quid magis commune pos-  
ſit esse in republiça Veneta, quam se-  
des ipsius urbū, cuius quidem ii non  
sunt particeps tantummodo, qui rem-  
publicam gerunt; sed etiam omnes in-  
colæ, atque peregrini. Certe quicun-  
que peritissimi artifices haberi volunt,  
aut pingendo, aut fingendo, hæc ipsa  
Philosopherum decretæ sectantur, ut  
semper à quibusdam rebus commu-  
niōribus initium sumant. Pictores  
enim antequam ullam imaginem cer-  
tam ad vivum exprimant, ducere  
quasdam lineas exarte solent, quibus  
ademb̄at̄runt quædam communis effi-  
gies, minimeque distinctæ; mox pau-  
latim eidem propria lineamenta indu-  
cunt, donec absolutam exhibeant sin-  
gulorum membrorū conformatiōne.

Neque

DE REPVB. VENET. 39  
Neq; verò sequuntur aliam rationem,  
qui statuas conficiunt. Nam si con-  
templari velimus aliquod signum ere-  
ctum ex iis, quæ sunt adhuc rudia, &  
tantum inchoata, nobis quidem di-  
cendum fuerit, caput, brachia, & crura,  
potius hoc loco, & illo futura esse,  
quam hoc esse caput, & illa vel bra-  
chia, vel crura: adeò natura ipsa im-  
pellente cogimur non tantum in co-  
gnoscendo atque intelligendo; sed  
etiam in quovis opere faciendo à re-  
bus communiorib⁹ ducere principiū.  
Atque mihi hæc causa fuerunt,  
à descriptione situs Urbis incipiendi,  
tanquam à te magis communī quam  
ex altera omnia. Hunc cundem ordi-  
nem in iis, quæ proxima sunt, etiam  
obſervabo: tractatus enim de Rei-  
publica administratione, principiis de  
partibus ipsius in genere agam; dein  
de verò ad singulas earum condi-  
tiones explicandas veniam: Quare mihi  
non semel ad idem principiū recur-  
rendum fuerit; nescio tamen an ex  
animi tui sententia sit futurus hic or-  
do. IOAN. Quidā sit futurus? Omni-  
bus in rebus summam quandam pru-  
dentiam adhiberi abs te video. TRYV.  
Dicam igitur eos omnes, qui Venetiis  
degunt, urbe jam quantum satis erat

C 4

2

à nobis descripta, tres in classēs diſtributōs esse, popularium, ciuium, & patriciorū: qua quidem in particione ſcio me non à Sabellico tantum diſtentire, qui duas priores classēs inter ſe conſudit, eodemque plebis nomine ne æqualiter censet; fed etiam à compluribus aliis, qui nihili tribuunt iis, qui non ſunt Patricii, ceterosq; omnes habent populi numero, atque loco: qua de re fuisse alibi. Ego tamen ſum in ea ſententia, ut existimem, eo modo, quo dixi, partitionem faciendam eſſe. Quare popularium nomine eos vancum accipio, qui dici ſolent comuniuerit plebeii, hoc eſt, qui ſordidas artes exercent vita luſtinenda causā, neque ullum ornementum, aut honoris gradum adipiſcuntur in civitate: Cives autem illos appello, qui geniti, & educati in hac urbe, non ipſi tantum, verum etiam & parentes & maiores corum, magisque liberalibus arbitribus addicti, aliquid ſplendoris merito conſecuti ſunt veluti quodam gradu honoris conſenſo; quo fit, ut communis hæc patria debeat eos amplecti tanquam à ſe ipſa genitos, atque procreatos: Patricii verò, seu Gentiles viři, ut à nobis vocantur, illi ſunt, in quorum potestate, & arbitrio eſt

DE REPVB. VENET. 41  
est ipsa republica, totumque jus, & imperium cùm terra, cùm mari. Eorum nobilitas, quamvis clarissima fit; tamen ut magis atque magis omnibus paret, de primordiis, atque incremen- tis noſtre civitatis ſtarui quædam dicere. Que tempore maximū belli terrorem toti Italie inferebat; prope- diemque invafurus ipsam dicebatur Attila Rex Hunnorū, fama conſtant eſt, eos populos, qui Veneti tunc appellabantur, apparatu tam magno exter- rioris, in aſtuaria maris Adriatici comi- grasse, & parvas eas insulas tenuiſſe, que poſtrę ſunt inter ipsum littus & continentem. Autores bujus fugæ Paravini ſunt habiti, & cum his Aquileiæ, & concordiæ cives, aliorumque oppidorum finitimorum; & ali quidem alias insulas inſederunt. Vrbis ramen ipsius prima fundamenta in Rivo alto Patavinis jecisse fuit memorie proditum anno ſalutis c d xxii, & quidem ipſo die festo Annunciationis Deiparae Virginis, qui celebratur viii kalend. Aprilis. Et quoniam motus, & aggreſſiones Hunnorū tardius pro- ceferant; à primis enim rumoribus uſque ad irruptionem ipſorum effluxere anni quatuor, & virginis, quod quidem temporis curriculum uidem conſule-

42 DONAT. IANNOT,  
runt ad instaurandas copias detrimen-  
taque farcienda, quæ subierant, &c per-  
tulerant non modica, vel commissio ad  
Tolosam ingenti prælio cœsi, & profili-  
gati, vel perdomandis Illyricis, Dal-  
matis, atque Istris in ipso adventu per-  
multum occupati. Quapropter hac  
mora temporis interposita, atque in-  
teriecta, noua multeum incremento ci-  
vitas tunc accepit, quinetiam patrias  
fedes multi repeterunt; sed qui tene-  
bant Riwum altum nihil immutata  
sententia ibidem conmorati perpetuo  
manerunt. Vbi vero tandem Barbari  
in Italiam ingressi Aquileianæ vi ca-  
pitam everterunt, eo tempore Veneti  
quam frequentissimi convenerunt ad  
œstuaria, & insulas omnes paßim com-  
pleverunt. Sunt qui memoria tradiderint eo, quo dixi, Beata Virginis  
Festo die dedicatum fuisse templum  
D. Iacobo Apostolo sacrum, ab iis, qui  
tunc erant incola Rivi alti, primum  
extructum, unde civitatis ipsius ducta  
sunt primordia; veruntamen anno  
c. D. XLVI, cum Attila jam pervasisser,  
& pervastasset Italianam, earum civita-  
tum, quas nominavi, populos in has  
insulas conveniens tanquam in tutissi-  
ma loca, frequentissimoque omnium,  
qui adescent, habito concilio, tandem

consti-

DE REPVB. VENET. 43  
constitutum fuisse, ut domicilium sta-  
bile, atque certum ibi collocaretur,  
neque ullus redditus fieret amplius in  
continentem, atque hæc altera quo-  
dammodo statuuntur incunabula na-  
scientis urbis ab his auctoribus. Sed hæc  
opinionum variatio non est alicujus  
momenti, & nostra nihil penitus in-  
teresse potest: Illud enim exploratissi-  
mum, & certissimum est, ob Hunno-  
rum terrorem confluentibus in dies  
magis, ac magis hominibus civitatem  
mirum in modum austam, & amplifi-  
catam excreuisse adeo, ut non multo  
post armis decernere potuerit adver-  
sus Istros, atque Dalmatas, à quibus in-  
festabatur, & vicitoriani confequi, at-  
que etiam Belisario summo Iustiniani  
Imperatoris Ducis auxilia non contem-  
nenda suppeditare in obsidione Ra-  
vennae contra Goths, eo rerum even-  
tu, ut Vitiges ipsorum Rex bello ex-  
pus, transmissus ab eo fuerit vindictus  
ad Constantinopolin. Anno quoque  
ferè centesimo ab ipsa urbe condita,  
cum venisset ad Italiam vindicandam  
à servitute Gothorum Harpes alter Dux  
ejusdem Iustiniani, non mediocribus  
officiis, atque copiis à nostris adiutus,  
ut aliquod monumentum harum re-  
rum apud nos extaret, grati animi  
ergo

44. DONAT. IANNOT.  
ergo duo sana curavit redificanda; alterum D. Theodoro martyri sacerdotum, ubi nunc aedes confipicitur. D. Marci; alterum Divis Geminiano, atque Meno; quod quidem erat olim in medio foro, sed ornandi, & amplificandi loci causâ mox dirutum. Vitali Michaëlio Duce denuo conditum fuit in extrema area. Permutum etiam civitas incrementi accepit ex insello Longobardorum adventu post Narteris obitum, cuius gentis immanitas efferauit, ut omnes undique certantes in Insulas fugerent, ipsaque civitas longè latèque propagaretur. Quinetiam paucis post annis cum Agilulphus Longobardorum Rex Patavium, atque Acellum funditus exvertit, respublica multum crevit confluentibus incolis utrinque quarum ingentem vim, atque numerum neque Riva altus, neque Insulae proximia capere amplius poterant, ideoque completere habitatoribus necesse fuit aliam Insulam, quæ Gemina eo tempore dicebatur, urbe non modo frequeniori, sed ampliori etiam redditus quæ sanè in hoc statu permanens quiete, & tranquille nullo bello gesto, præterquam quod à finitimum injuris acerrime se, suaque defendit usq; ad illud tempus, quo Duces

DE REPVB. VENET. 45  
in republica caput est creari, qui fuit annus ab urbe condita cc lxxxii. Ab eo tempore paulatim vigor excitari, & egregia vis animorum fæcere excepit, maximorumque inimicorum imperio repressio & imperium & robur simul amplificavit, ut cum Gallorum vim sustinuit & egregie devicit Ohelelio Duce ix, cuius rei suprà memini. Gesùre deinde maiores nostri res maximas, & præcipue mari, bellique viatores imperii sui fines latissimè protulerunt. Hinc ad res in continente animalis conversi eos eventus, qui res humanas sequuntur, experti sunt in iis, quæ fuerant aggressi, ut omnibus est notum. Sed quoniam civitates amittunt veteres suos cives & novos asciscunt, ob domesticas seditiones, ob externa bella, aut etiam pestilentie calamitatem nostræ civitas nihil ejusmodi est unquam passa, ut in diversas partes, fatigantesque distracta, modò hanc, modò illam extrudere coacta fuerit, quod accidisse videmus ferè cunctis Italie urbibus, quæ civilibus odiis atque armis se ipsos propè deleverunt. Externa verò bella ita propulsavit, ut exultationem, atque gloriam sibi comparaverit aucta etiam ditione: pestilentie vim duntaxat aliquando subit, quemadmodum

46 DONAT. IANNOT.  
admodum contigit Andréa Dandulo  
Duce LIV, qui ad id fastigium exercitus  
est anno MCCCXLII, & in eo fuit us-  
que ad annum MCCC LXV. Vnde con-  
jectura locus relinquitur, hanc fuisse  
pestilentiam illam insignem anni  
MCCC XLVIII, à Boccacio vestro tanto-  
perè celebratam. Eo quidem tempore  
lues pestifera civitatem nostram mul-  
tum exhaustus ut ad recuperandam pri-  
floram suam frequentiam, ac celebri-  
tatem necessaria fuerit editio quadam  
fancire, ut quicunque se conferret ad  
habitandum Venetias, is elapsu bien-  
nio civis haberetur. Sed pestilentie ea  
vis est, ut plerunque non sit exitio nisi  
plebecula, cui remedia illa præstò non  
sunt, quæ suppetunt, instructis, op-  
timèque paratis, à re domestica. Quo fit,  
ut facile existimem, eos omnes, qui  
munire se adversus ingruentem mali-  
vum commodissimè poterant, eo quod  
opibus abundarent, ejus calamitatis  
expertes, præter paucos, fuisse. Non  
multi menses effuxerunt, ex quo mihi  
loqui contigit cum viro quodam pa-  
tricio è civibus vestris, qui percutan-  
ti mihi genus detrimenti, quod pestis  
ante biennium intulisset civitatim ve-  
stræ, in hanc sententiam respondit;  
ipsum plebem miserè affectam, & af-  
firam

DIE REPUPVF. VENET. 47  
flictam esse, cæteros omnes prope in-  
columes evasisse, qui rebus necessariis  
ad vitam destituti non essent; ut ex iis,  
quæ narravi, constare putem, urbem  
nostram quâm frequentissimam per  
brevi evasisse: cumque calamitates il-  
las minimè pertulerit, quarum occa-  
sione mutatis habitatoribus renovari  
deberuit, integrum, atque incorru-  
ptum genus id servasse, quod à primis  
autoribus suis acceperat. Hujus autem  
generis nobilitatem insignem esse suau-  
det illa ratio, quod qui has in Insulas  
confugerunt, atque hoc ipsum civita-  
tis corpus primum efformarunt, eos  
veri quam simillimum sit exitiisse do-  
mi sui nobilissimos, aut certè quâm  
opulentissimos. Nam tenuiores, & qui  
non habetur aliquo numero, cum ad-  
jumentis opportuniis instruti minime  
sint ad vitam tuendam, facultatem  
que nullam habeant alio commigran-  
di, loco se movere non possunt, & ideo  
quicquid vel boni, vel mali casus alla-  
turus est, domi expectare coguntur.  
quod quidem & hac tempestate nostra  
in Gallia Cisalpina fieri videmus, ut  
bellorum tempestates effugiant non  
abjecti, & inopes, sed qui divitiis, &  
splendore generis plurimum excellunt.  
Plebs tamen eò postea sese confert, ubi  
que

quæ pertinent ad viustum, melius, atque facilius existimat comparari posse. Quapropter ubi primum ī, qui fuerant orti claro genere, vel opibus valescant, finitimi s̄ locis convenerunt in hāc aestuaria, pro certo existimandum est, ingentem quoque vim plebeiorum non multò post eisdem fere adjunxisse, cū spē commodorum affectam, tūm locorum tutissima habitatione. Præstant ergo nostri Patricii longè plurimum claritate generis, quippe qui referunt ejus originem ad eos nobilissimos, atque opulentissimos Viros, qui Barbarorum incursions effugientes, constituendæ civitatis his locis primi auctores fuerunt. Præstant etiam altera ratione, quod incorruptum, & sincerum quam maximè idem genus adhibita cura maxima præstiterunt, cum praesertim nihil unquam ex iis rebus passa fuerit civitas, qua mutationis, aut innovationis afferre solent necessitatem. Accessit huic major etiam claritas, & estimatio, postquam majora comitia constituta sunt ad publica negotia gerenda, & administranda. Quis enim nesciat, eos qui publicis rebus minimè vacant, cum nihil omnino conferant ad augendam suam nobilitatem, eō sensim deduci, ut eam quā sunt

sunt prediti quoque amittant, vitamine agere cogantur deteriori condizione quā mutæ pecudes, nihil alatum, & sublime unquam cogitantes? Id quidem facile in omnibus illis civitatis cognosci potest, in quibus tyranni per violentiam rerum potiti, illud unum propositum habere solent, ut deprimant, atque abijciant omnino homines eo corpore inducto, ut nescient in vita sua vigilent, an dormiant. Enimvero comitiis majoribus interclusis (expositurus autem sum loco suo, quo tempore fuerint instituta, & interclusa majora comitia) cum ad ea nullis in posterum aditus patuerit, nisi oppidò paucis, ut quindecim iis familiis, que causâ conpirationis Bajmontane, trinctaque iis viris, qui asciti sunt inter patricios Ligustico bello, & diversis temporibus quidam alii; hac etiam ratione majorem dignitatem, atque existimationem videamus eidem ordini partam, & comparatam. Sed ut hanc disputationem rotam absolvam; tria mihi tempora præcipue in nostra republica confideranda sile offerunt: primum corum id curriculum, quod ab urbe condita usque ad majora comitia constituta effluxit; quo sane tempore maiores nostri

D geren-

gerentibus ipsam rem publicam vel Tribunis, vel Ducibus, ut suo loco dicam, non multum celebritatis, aut nominis consecuti sunt, satisque illis fuit acceptum à suis autoribus decus, & ornamentum, delatumque in hanc civitatem, minime amittere. Altera tempora fuerunt à comitiis majoribus institutis, donec aditum contigit ad eadem obstrui: tunc enim ex administratione publicorum munerum factio veluti gradu, cives ad amplitudinem maiorem ascendere coeperunt. Postrema verò tempora deducta sunt hactenus à comitiis majoribus interclusis, quæ res consulit iisdem summam dignitatem, & ad id fastigium cunctos extulit, quodque eas rationes, quas commemoravi, prius attingere minime potuerant. Si quid igitur in cunctis urbis Italie manet, & vigerat antiquissima nobilitatis, id fane, quod à te ipso percipere potes, in nostra eminet præcipue, & excellit quam maximè. Ii, qui modò vocantur cives, quicquid splendoris nunc habent, non nisi ab interclusis comitiis id adepti sunt. Nam cum res publicæ tunc omnibus communicarentur (quod quidem inferius efficiam, ut distinctè intelligas) verisimile est admodum, omnes eos,

DE REPVB. VENET. 51

qui prædicti fuissent aliqua nobilitate, & virtute, tunc majoribus comitis comprehensos fuisse, & si qui sunt exclusi, paucos exitissent quod sanè indicat illa magna civium frequentia, quæ superioribus æratibus in comitiis aderat. Quid? quod ex iis, qui fuerant exclusi, plerisque adhuc tributum fuit idem jus diversis temporibus. Vnde conjectare possumus eos, quos modò contingit nominari cives, vel tunc è plebe fuisse, neque in republica dignitatis ullum locum habuisse, sed ea, quæ nunc habent ornamenta, post ea tempora sibi comparasse; vel aliunde se contulisse in hanc urbem habitandi causâ, in qua tempore procedente natæ sint eas facultates, atque opes, quibus honestissimi modò habiti, iis privilegiis ornantur, quorum causâ Veneti cives nominantur, unamque tribus ex partibus civitatis explicit, summo quidem assensu totius reipublicæ, quæ cum res ita postulat, atque exigit, eorundem facultatibus, atque opibus perliteanter utitur, nos secus atque nobilium, ac patriciorum. Plebeii verò, quos populares nobis appellare liber, ingenti numero sunt, ex diversis generibus incolarum confitato. Nam plerique eorum sunt advenæ, atque pere-

grini, qui allecti cupiditate quæflus faciendi, habitarum veniunt; & quamvis in urbe diu nonnunquam morentur, in ea tamen nihil aliud, quam in diem vivunt; aut etiam si quid lucri forte collegerunt, id redeuntes in patriam statim secum afferunt, quemadmodum fieri videmus à Bergoniaribus, aliisq; hominibus exterarum gentium, & nationum, quibus est nostra civitas resertissima. Hoc ipsum sive plebeiorum, sive popularium corpus tenuiores opifices complectitur, innumeros propè, qui, quoniam sive conditionis humilitatē nunquam supergressi sunt, idecirco nihil in republica juris habent. Est aliquid quoque præter ea, quæ dixi, popularium genus, quo loco mancipiorum solemus uti, cuiusmodi sunt, qui cymbas agunt, & cæteri id genus. De mercatoribus autem nil attinet dicere, quorum summa vis, atque adeò frequenter confluit ex omnibus regionibus in hanc ipsam urbem, quam ceu communem orbis terrarum mercatum frequentare solent propter ingenitatem maris opportunitatem, & pro iis copiis, quas afferunt faciendo quæstui, pecuniaeque colligendæ strenue dant operam: mox ubi visum ē re sua fuerit, civitatem relinquunt, qua de causa

DE REPVB. VENET. 53  
causa nulla pars ejusdem haberi debent. Hactenus de conditione incolarum verba fecimus: sacerdoti ut de reipublicæ administratione modò faciamus, in potestate nobilium plane constituta, nisi quod huic sermoni fortasse prævertendum putas. ICAN. Antequam pergas ad alia, hæc duo scire optarim; Vnum, quorū sint in urbe ferendis armis idonei; Alterum, quorū viri nobiles, seu Patriæ. TRYPHO. Quanquam non facis accuratè, quæ rogas, explicare possum, neque verò multum ea faciunt ad rem nostram, dicam tamen id, quod ex aliis sermonibus alijs intellexi, quodque proprius existimo ad veritatem accedere. Feruntur esse in urbe nostra xx. milia otiiorum, seu familiarium: moris autē est duos pro singulis otiis homines accipere, quā ratione possent in aciem educi xl. armatorum millia. Olim profectō (non satis explicatum habeo, quo tempore) cùm certā ob causam, quā memoriam etiam excidit, ii qui runc reipublicæ præterant, invēdigarent, quorū homines ap̄i bello inveniri possent, centū fuerunt capita xl. millia, qui numerus cum eo, quem retuli modò, perbellè convenit. Hoc itaque posito, nullus,

opinor, esse poterit fraudi locus, cum præfertim ex quo censa fuerunt ea *XL.* millia, civitas majori numero civium aucta videatur, neque ullus casus extiterit, quo sit infrequentior redditus. Patrii vero tam qui comitiis dant operam, quam qui iisdem absolvint, quod tamen sit à paucis, adjunctione quoque illis, quos abesse domo contingit sua, vel reipublicæ causâ, ut Præfecturas, & Præturas obeant in subjectis oppidis, aliiisque publicis muneribus ejusmodi fungantur, seu terra, seu mari, omnes in unum coacti, prout affirmantes multos audivi, fuerint ad ter mille, paulò certè plures, aut pauciores. Sed omissis tandem disputationibus his de conditione plebeiorum, & civium incolarumque numero, aggrediamur reipublice gubernationem, qua Patrios tantummodo continet, & præterea neminem, id quod antea monui. Præsunt ergo Patrii cum summo imperio toti civitati, & universis oppidis, quæ sunt in ditione Veneta cum in ora maritima, tūm in continentе. Res autem administratio- nis universa procedit hoc modo. Princi- piò statuerunt quoddam fundamen- tum, seu basim, quæ respublica tota sustinetur, hoc est majora comitia,

quæ

DE REPVB. VENET. 55  
quæ vernacula nostra lingua vocamus Magnum Concilium. Pendent igitur ab hoc fundamento, & basi exterræ omnes partes ipsius reipublicæ, si non omnino, fatalem maxima ex parte, & pariter continentur ipso. Patrii omnes, quibus quidem ed convenire per se atem liceat: qua de re fusus alibi, Hinc oritur, & procreatur alterum Concilium permagna cùm autoritate, tūm existimatione, quod (ut cum He- trusco loquar Hetruscè) *de Pregati*, ma- terna verò nostra lingua dicitur, *de Pregai*, Latinè verò commode potest appellari, Rogatorum Concilium, aut etiam senatus. Quænam verò sit ejus- dem optandi ratio, & quibus ex Pa- triis, & ex quo numero constet, quænam denique sint illius facultates, & munera, cuncta hæc explicabuntur uberiori loco quidem suo. Rogatorum Concilium excipit Collegium, quod constat ex certo quodam numero Ma- gistratum, prout inferius intelliges. Tandem caput est omnium Dux, atque Princeps, qui gradus est eminentissimus in nostra republica, cuius pre- cipua membra sunt quatuor ea recen- sita, nempe Comitia, Concilium Ro- gatorum, Collegium, tandemque ipse Princeps. IOAN. Audiri sermonibus

D 4 usur-

usurpari quam frequentissimè nomina Decemvirum, D. Marei Procuratorum, & Triumvirum advocatorum, tanquam Magistratum maximæ, ac summa dignitatæ de quibus ramen tu nihil. TRYPHO. Non inferior, hos Magistratus honestissimes, & amplissimos esse; confutò tamen à me pretermitti sunt, propterea quod ex iis non conflatur ipsum corpus reipublicæ; nam ceteroquin obtinent summam dignitatem, & res publicas curant, si quis alias Magistratus. Dabo quidem operam ut plane suo loco intelligas, cujusnam modi sint, & quid habent juris omnes hi magistratus, quorum meministi, & qua ratione conjuncti cum universa republica. Ut igitur èd revertar, unde oratio desficit, totum Reipublicæ corpus & absolutum quaternis illis membris, que dudum expolui, pyramidique, si rectè animadvertas, quam simillimum redditur, basi quidem, uti conflat laciōri præditæ, sed ubi affligit, in arctum sensim coēunti, quoad in punctum quoddam terminata definit. Itaque itacuamus hujuscæ pyramidis basim, Majora Comitia, que latissimè patent, & continent omnes, qui nati sunt annos ætatis xxv. immò etiam nonnullos,

DE REPVE. VENET. 57  
nonnullos, qui pauciores; quam rem fuisis infra: neque enim contentaneum fuerit, in eundem sermonem omnia temere conjicere. Pyramis artari mox incipit in Rogatorum Concilio, quod reipublicæ membrum est præstantissimum propter gravissima negotia, de quibus agit: neque verò Patriots omnes admittit, ut majora Comitia. Fastigiatur inde pyramis proiecta ad Collegium, quod quidem cetera membra mœleum supereminet, cum prospiciat, & confulat universa reipublicæ. Tandem fastigium pyramidis absolvitur in ipso Duce cuiusdam turbinis instar acuminati, qui positus est in summo, & in omnium conspectu. De cuius amplitudine, atq; dignitate nihil est, quod pluribus aga, cum nullus adeo sit rudis, tamque stupido ingenio, quin ubi principis nomen tantum audit, ibi summam honoris amplitudinem collocatam intelligat. Quamvis autem unà cum Principi se deant ut College, sine quibus nihil geri potest ab ipso, Consiliarii nihilominus si quis accurate inspiciat, quanto intervallu distat eorum dignitas à Principatu, non in summo fastigio pyramidis illos collocabit, sed eodem loco, quo collegium fuit à nobis positi.

tum. Nam quemadmodum Consiliarii dignitas Senatoriam supererat; ita etiam supereratur ipsamet à Principe, qua ratione sit æqualis, & par omnino Collégio. Sic etiam Procuratores, Advocatores, Triumviri, & ipsi Decennviri, de quibus &c tu meministi nuper, & nos acturi sumus posthac uberiùs, non alio loco statuendi fuerint, quam ubi Collégium; & id quidem ratione duntaxat illius honoris, qui tribuitur illidem ob insignem exillitatem, quam fuerunt adepti omnes hi Magistratus; alioquin enim membra reipublicæ nulla sunt ex præcipuis, sed præcipuis annexa; quam rem cognoscere apertiùs, ubi me dislitterent de ipsis paulò post auditoris. Haec tenus quidem quod ab optimo pictore præstari dixi, hoc à me quoque præstatum opinor, ut fuerant polllicitus. Siquidem ille antequam certam rei, vel persona formam coloribus exprimat, ita quibusdam lineis communibus illam adumbrat, ut quedam species, & forma intuenti appareat; sic etiam ego delineavi nonnihil universum corpus reipublicæ, & rudi quadam Minerva, sed ita descripsi, ut ejus aliquam formam percipere commodè valueris, siquidem meis sermonibus aures, & mentem præbuisti. IOAN. Ita profrus

DE REPVB. VENET. 19  
profrus est, nisi fallor; & verò imprelfam in animo mihi habere videor imaginem quandam, & formam hujus vestrae reipublicæ. Puto etiam te rectè expisi à rebus communib; ex quibus tota notitia penderet rerum singularum. Quod igitur est reliquum ad eas explicandas accedito: ego verò summa cum voluptate te loquentem audiam. TRYPHO. Quod quidem à te ipso meminisse debes, haec tenus fuit actum de Venetia urbis situ, & de incolarum generibus, & quinam essent illi perspeximus, à quibus administraretur respublica, cujus etiam formam quandam descripsimus, sed in universum: Primum est, explicare omnia sigillacim: Atque ut perfecutar omnino pictorum opus, quod mihi ad imitandum proposui, seu statuariorum, non semel ad prima initia recurram, quod & ipse perspicias. Dico autem res quatuor esse, in quibus est sita tota vis, & maiestas reipublicæ; nimurum, ius Magistratum creandorum, Deliberationes omnes de pace, & de bello, Legum lationes, tandemque Provocationes. Primum ex his est in arbitrio majorum Comitiorum, quandoquidem Magistratus omnes in ipsis creantur. Nihilominus extant quedam munera, ut suo

suo loco dicam, quæ mandare, & committere, spectat ad Senatum, cuius etiam propriæ sunt omnes Deliberationes de pace, & de bello. Potest autem Collegium Decemvirum, de quo nondum verba feci, his de rebus decernere æquali potestate: veruntamen id non est in situ ipso reipublicæ, sed sit extra ordinem, ut patebit inferius. Et legum lationibus aliae sunt penes majora Comitia, aliae penes ipsum Senatum: post fune tamet etiam quædam leges ferri ad Concilium x. virum. Provocationes autem tametsi non sunt in potestate majorum Comitorum omnino, tamen inde profectò magna ex parte pendent. Dux una cum suis Consiliariis, de quibus etiam, cum fuerit opportunum, nonnulla dicentur, adest, atque præst omnibus rebus, quæ vel à tribus iis Conciliis, quæ commemoravi, vel etiam à Concilio Decemvirum solent administrari; sed hec manifestius suo loco. Et quoniam in publicis negotiis omnia referuntur ad Duxim, singulaque ejus nomine administrantur, ipse Dux adhibitis illis Magistratibus, quorum propria est actio, refert unā cum illis ad Collegium, quicquid est agendum, ibi que præsente postea Duce disputatur,

tur, & singula momenta cùm ratiōnum, tūtu rerum quād diligentissimè expensa, postremò deferuntur ad Senatum, cuius tantummodo est fanci re, & decernere. Sed hujus administrationis ordo, atque tota ratio declaranda fuerit in fr̄a loco suo. Cæterum quæ sunt haec tenus exposita, nostræ reipublicæ corpus exhibent tantum nudè, ac simpliciter: singula modò membra, singulæque partes suis velut coloribus illustrandæ, & ornandæ sunt. Quapropter necesse est ad prima initia revenire, videlicet ad majora Comitia, ut singula in iis perlustremus, atque persequamur, nisi fortè sit aliquid, quod antea cognoscere velis. IOAN. Multa quidem mihi occurserunt de te querenda: sed nolo meis importunis percunctionibus interpellare conti nentem orationem tuam, quæ quò longius procedit, atque excurrit, cō manifestius, & clarius explicat ea, de quibus interdum mihi dubitare contingit. TRYPHO. Persequar igitur ordinem pridem institutum, & cum dis putaturus modò sim de tota ratione majorum Comitorum, referam primum de ipsorum origine, quid ego sentiam, deinde cætera, quæ de eadem spectant, attem oportet. Parce equi dent,

62 D E C A T . I A N N O T .  
dem , quod ex annalium nostrorum  
monumentis colligere licet , non pri-  
mis illis ab urbe condita temporibus à  
majoribus nostris instituta , quod ple-  
riique arbitrantur , hæc ipsa majora Co-  
mitia , quinimmo haud paucis post æ-  
tatibus ortum habuisse , quam rem fa-  
cile tu quoque ipse conjicere poteris .  
Priscis enim temporibus urbs habuit  
Consules , exemplo quidem , ut existi-  
mo , Patavinorum , qui huiusmodi rei-  
publicæ administratione runc uteban-  
tur : sed progressu temporis , omisso  
Consulibus , singuli Tribuni creari co-  
pti sunt in singulis Insulis , qui non ali-  
bi jus dicebant , arque imperabant ,  
quam ubi creabantur : si quid ramen  
accideret , in quo communis omnium  
utilitas , arque salus videretur agi , con-  
veniebant omnes Tribuni una cum ci-  
vibus suis Heracleam , que tunc erat  
in his ipsis Veneriarum ætuaris Insu-  
la posita inter littus , & eam conti-  
nentis partem , quam utrinque flumi-  
na Líquentia , & Anaxus irrigant : Mu-  
tato nomine deinde fuit appellata ci-  
vitas nova ; sed his temporibus nulla  
prorsus est , adjuncta continentali , arque  
aggregata ferè quidem tota . Hac in In-  
sula convocatis omnibus Tribunis ha-  
bebantur deliberationes de negotiis  
publicis

DE R E P U B . V E N E T . 63  
publicis . Erat id Concilii genus , ut  
credi par est , temere coactum : nihil  
enim adhuc ullis legibus sanctiuncu-  
erat , cur hi potius , quam illi convoca-  
rentur , quemadmodum posterioribus  
temporibus definitum est . Sed cum  
Tribuni non sati pacatè administra-  
rent tempublicam , iudicem causam de-  
derunt optandi Duces , qui capti sunt  
creari anno Christianæ salutis cc 111 ,  
juxta communiores opinionem , an-  
no cc LXXXIX ab urbe condita . Porro  
eadem ratione planè tempublicam ge-  
rere sunt aggressi Duces , quia Tribuni  
solebant : nam quemadmodum ab his  
factum esse dicimus , ita etiam Duces  
aliquoties indicebant Cœciliū , quod-  
que prius in singulos Tribunos distri-  
butum fuerat , vel imperii , vel existi-  
mationis , arque dignitatis , id uni do-  
minus est , collatumque Ducī , quæ res  
illius autoritatem ad summum evexit .  
Argumento illud est , quod quamvis ex  
omnibus monumentis , que quidem  
ad manus meas pervenerunt , historia-  
rum nostrarum , illud apertissimè con-  
stet , post creatum Ducem , nihilomi-  
nis creari Tribunos nunquam desitos  
esse , à quibus in suis Insulis jus dicere-  
tur ut antea , ita tamen ut daretur pro-  
vocatio ad Principem ; Vix tamen ho-  
rum

rum Tribunorum in historiis illa fiat  
mentio, raro quidem certe. Nam eo  
bello, quod majores nostri geserunt  
ad Ravennam pro Imperatoris Exar-  
cho contra Longobardos consilio Gre-  
gorii secundi Pontificis, Horleo Virgo  
Duce 111. Tribuni quidam memo-  
rabantur à nostris scriptoribus. Ita etiam  
bello, quod Pipinus Caroli Magni filius  
inculit Chelerio Duce 1x, de nonnullis  
Tribunis itidem sit mentio: Aliás  
autem ipsorum nomen audire nun-  
quam certe memini; quo sit ut existimem  
hujusmodi magistratum tandem  
interiisse. Itaque Dux moderabat-  
tur universam rem publicam propria  
autoritate, quæ cum nullis fratribus coér-  
ceretur, accidebat plerunque, ut nimis  
insolenter iis sese efferrant, qui eā pre-  
dicti essent. Quæ causa fuit post necem  
illatam tertio Ducis, ut à nostris majo-  
ribus constitueretur, à Ducibus eligen-  
dis in posterum temperandum esse, &  
quidam novus Magistratus instituere-  
tur, qui Magister equitum appellatus  
est: neque tamen is Magistratus diu-  
turus fuit; nam quinquennio post  
finem habuit; & res publica delata est  
iterum ad Duces, quorū administratio  
turbulentior fuit iis de causis, quas di-  
xi, usq; ad Sebastianum Zianum xxxix

Ducem:

DE REPVB. VENET. 65  
Ducem: unde accidit, ut ex ipsis Du-  
cibus tres confosci fuerint, & novem  
excavati in exilium pulsū. Post Vitalis  
Michaelii cedem, qui proximè Seba-  
stianum antecessit, in creatione Ducis  
variatum est, & nova quadam eligen-  
di ratione adhibita renunciatus ei ipse  
Dux anno M clxxiv. Ad quod fortas-  
se, vel certe ad proximum tempus  
majorum Comitiorum principia re-  
ferenda duxerim. Id autem in hanc  
sententiam me inclinem facit, quod in  
omnibus nostris monumētis scriptum  
reperio, idemque asserit lib. xi. suæ  
Historia Bernardus Iustinianus, quo-  
quot anto Sebastianum Zianum exti-  
terunt Duces, eos omnes quām tu-  
multuosissimè declaratos eīlē totius  
populi rumore, & acclamacione. Nam  
si tunc ea fuisset ratio Comitiorum,  
quæ fuit instituta, deinde, prout ipse  
percipies, nullo modo fieri potuisset,  
ut res perageretur tam tumultuosè;  
sed quo modo catcri omnes Magistra-  
tus, eodem creati & Duces fuisserent in  
Comitiis ipsis: nam neque rationi  
conscientaneum videtur, neque verisi-  
mili, tanti honoris, & tante ampli-  
tudinis Magistratum temerè, & eā  
quā dixi perturbatione creatum fuiss<sup>e</sup>,  
reliquos autem vel minimos tam pul-

E chra,

chra , & decenti tamque accurata ratione deligi consuevit. Præterea vero priusquam eriperetur ea facultas populo nominandi Dicis ; Dux auctoritate suâ , quâ plurimum eminebat , suoque arbitrau , ut agebam modò , administrabat rempublicam , ita ut in societatem Principatus nonnulli etiam filios vocarent : Nam Dominicum Flabanicum Ducem xxix . scimus ejusmodi consuetudinem abolendam curasse . Quare quicunque monumenta evolverit historiarum noltrarum (atque id velim scias , ubi contingit à me laudari nostra monumenta , nullo modo id accipendum esse de Historiis Sabellici , neq; de aliis hujusmodi scriptis perulgatis ; ab his enim non pauca prætermissa fuerunt , quæ fortassis multò pluri apud me sunt , quâm quicquid est ab ipsis memorie proditum : eos igitur de nostris rebus Commentarios laudo , qui apud nos manuscripti extant , sicut non ita pridem Nicolaus Leonicus etat's nostræ maximum decus , & ornamentum exhibuit mihi quoddam fragmentum Historia Veneta , unde multa percepit singularia ) hæc igitur vetera nostra monumenta quicunque perlegerit , in iis vix unquam reperiet Magistratus ali-

DE REPVB. VENET. 67  
 alicujus mentione factam , à quo certe res publicæ fuerint procuratae . In Vitæ Michaelio Duce , qui cæsus fuit , dum iret ad D. Zachariæ , & successorem habuit Sebastianum Zianum , invenio primùm usurpari nomen hoc , *Signoria* , cui Latinè responderet vox , *Dominatio* , non ita tamen ut constet , quisnam esset is Magistratus , & qua autoritate . Hæc enim verba tantummodo scripta compiero : *Dominicus Maurocenius Venetas pervenit , & expulsit coram Duce , & Dominatione , In Sebastiano quoque Ziano , qui Vitali proxime exceptit , & magis accurata suffragatione Princeps est creatus , quâm prius adhiberi consuesceret , hanc ipsam Dominationis mentionem audio ; sic etiam in Henrico Dandulo , qui Sebastianus successit , & in multis aliis deinceps animadverti ejusmodi Dominationis nomen expressum fuisse , quod ante Vitalem Michaelium ut prædixi , nunquam ipse legi . Quæ res facit , ut existimet , nullos Magistratus fuisse temporibus illis , quæ præcesserunt administrationem Sebastiani Ziani , præter eos , qui præfectū rebus privatīs essent ; & horum quidem elec̄tio , quod in quibusdam Commentariis nostris scriptum reperio , ad Qua-*

tuor viros pertinebat, quibus id  
committebatur; sed à quibus, non li-  
quet. Fuisse verò tunc aliquos Magis-  
tratus in urbe prater ipsum Ducem,  
vel ex eo constat, quod Dominicus  
Flabanicus is, quem memoravi, uni-  
versam familiam, sive gentem Vrseo-  
lorum à Magistracibus, atque honoris-  
bus excludendam in perpetuum cura-  
vit: nam si nulli Magistratus omnino  
fuerint, quid atrinuisse ab illis Vrseo-  
los excludere? Veruntamen ante Se-  
bastianum Zianum publicos Magistratus  
non exticilè, hoc est, qui gererent  
ea, quæ ad imperium spectant, illud  
opinor, evincit, quod alijs, ubi quicquā  
infortunii & incommodi accideret,  
quod Civitatem non mediocriter affi-  
ceret, non alijs quām ipse Dux incur-  
rebat in odium, offensionemque pu-  
blicam, eidemque communiter acce-  
pta ferebantur omnia, quæ reipublica  
contingent, vel bona, vel mala. Qua-  
propter in exilium sèpè numero expel-  
lebantur, aut palam trucidabantur,  
quemadmodum Vitali Michaelio fa-  
ctum est, quem suprà nominavi. Nam  
publicum æxarium, quod Camera  
apud nos nomen habet, ob assida  
bella gesta contra Grecorum Impera-  
torem Emanuelem, cum nimis exhau-  
stum

DE R.E.P.V.B. V.E.N.E.T. 69  
stum esset, atque exinanitum, ea, quæ  
dicuntur à nobis Impresta, primus  
excogitavit, nimirum edixit, ut unus  
quisque reipublica commodaret de  
certo quodam pecunia numero sibi  
constituto, pro quo singulis annis ab  
eadem caperet Viuras Quincunes. Ea  
res cantam invidiam Duci apud mul-  
tos conflavit, ut ipso Resurrectionis  
Dominicae Feso die confosus ad pon-  
tem fuerit in itinere ad D. Zacharia.  
Certe si Magistratus ulli tunc exci-  
sent, qui unà cum ipso Duce reipubli-  
ca præfuerint, quemadmodum tem-  
pestate nostra fieri videmus, tota vis  
illa non incubuisse in unum Ducem,  
sed alios quoque pervasisset, quos ad-  
jutores, & lecios natiū esset in geren-  
da republica; videmus enim contigisse  
id posterioribus æxaribus Duce xlvi.  
Raynero Zeno, qui creatus est anno  
MCCLI. Nam Cretensi bello, quo  
plurimum aduersos, infeliosque Ge-  
nuenses habuimus, immensis sumptui-  
bus in rem militarem factis, necesse  
fuit imponere civitati nova vestigalia,  
quæ res, simularque præconis audita  
est vox, concitavit in universo popu-  
lo tam ingentes tumultus, ut omnes  
infensissimis animis accurrentes Ou-  
carium obsederint; neque verò mul-

citidinis impetus, & furor, vel ipsa præsenzia Ducis, & reverentia potuit inquam reprimi: quare cum pedem referret intrò, abiretque è conspectu, plebs incitata privatorum ades invasit, ex quibus aliquot disipuit & cæde vastavit. Hoc in tumultu populus acerbitatem odii sui in universam rem publicam convertit, non solum in Ducem, cum sciret, illum non reipublicæ Dominum, sed participem esse. Sed quo tempore Vitalis Michaelius administrabat rem publicam, ipse totam invidiam, cuiquamque sultinuit ex commodatis pecuniis uni sibi confidatam, propterea quod omnia versabantur in sua potestate. Temporibus quidem nostris res publica magnum vulnus accepit anno M D IX exercitu nostro profigato per Ludovicum Gallie Regem: consecuta est eam cladem defœcio cunctarum urbiuum, quas obtinebat ipsa res publica in Gallia Cisalpina. Nullus tamen extitit ob eam rem, qui raperet in invidiam Ducem Lau redanum, cumque perferre sumptus ingentes cives cogerentur, nullus tumultus in eum, nulla vox audit: non alia de causa, nisi quod summa rerum non erat penes ipsum Ducem, sed erat in potestate publicorum Conciliorum,

atque

DE REPVB. VENET. 71  
atque Magistratum. Ut ex his, quæ disputavimus, statis constet, hos publicos Magistratus ante Sebastiani Ziani tempora nulos planè fuisse: Quod quidem si tanquam vero consentaneum statuimus, quis usus esse poterat majorum Comitiorum, quæ vel his nostris temporibus nullis aliis rebus, quam Magistratibus creandis prestans suam operam? Hic aliquis excipiat fortasse, potuisse fieri, ut crearentur in Comitis illi Magistratus, quos privatis negotiis præpositos dicebamus esse: nam Civitatem videri, nunquam iis caruisse, qua mercaturæ studium perpetuò coluerit. Sed tamen his respondere non est difficile, quam absurdissimum fore, si Magistratus ejusmodi, qui præ aliis, qui summam rem publicam continent, exigui momenti sunt, tam exquisita diligentia, tamque accurata ratione delecti dicantur, cum tamen præstantissimus, atque amplissimus omnium Magistratus, hoc est ipse Dux adeò temere, tumultuosèque consueverit à populo nominari. Quid? quod auctoritas nostrorum Commentariorum ei sententia adversatur, in quibus, ut dixi modò, scriptum reperitur, hujusmodi Magistratus eligendi curam Quatuorviris

initio demandatam fuisse. Si quis autem urgeat, in capienda consilis de republica præstituta suam operam ea Comitia Duci, certè non negaverim fieri potuisse, ut à Ducibus institutum fuerit quoddam genus Concilii, in quod adiubiti fuerint certi quidam cives, quibuscum illi sua consilia nonnunquam conferrent, id, quod paulo post apertius; sed nullo modo existimari, tantum numerum civium non alia quam consultandi causâ cum Principe in unum locum coiisse. Nam qui gubernacula tenet in civitate præfertim fatis ampla, & frequenti, cuiusmodi est nostra, assidue versari debet in consultatione: Quamobrem necessarium Ducibus fuisse quotidiana convocatione defatigare Comitia: Cives autem publicis rebus ut duntaxat intenti prorsus abjecerent curam suarum rerum, id certè fieri nullo modo unquam potuisse. Siquidem Magistratum vicissitudines non alia de causa adiuvantia sunt, nisi ut unusquisque in partem laboris, & sollicitudinis ita veniat, ut commodorum particeps est, oculique in republica. Præterea verò quisquis evolvit nostra monumenta supra tempora Sebastiani Ziani, paucos omnino cives reperit, qui

publicis rebus operam navarint, & rebus gentilis familias suas illustrarint, id, quod postea contigit. Ejus rei nulla potest afferri, præterquam hæc, cauila, quod vellent ipsi Duces arbitratu suo cuncta gerere, atque moderari. Sed posteaquam majora Comitia sunt instituta, & suprema Ducis autoritas nonnulli temperata societas Magistratum, & Conciliorum; exinde cives rebus gerendis operam dantes existimationem, decus, & gloriam sibi compararunt: Ut hac in re Civitati, reipublicæque nostra prorsus idem contingit, quod Romanæ olim, in qua familiæ civium splendore suo caruerunt, quando Reges habuerunt summum imperium. Quod ubi primum fuit extinctum, atque in ea deletum, statim magna celebritate ceptæ sunt augeri. Innumeros propè cives memorare possem circa tempora Sebastiani Ziani, qui rebus maritimis studentes classium nostrarum summum imperium habuerunt, & magno reipublicæ cum fructu, atque dignitate celebrem nominis sui memoriam posteris reliquerunt: supra verò tempora Sebastiani Ziani perquam pauci rebus gerendis præfuisse narrantur. Dominico quidem Maurocenio xxxvii. Duce

74 DONAT. JANNOI.  
invenio Dominicum Maurocenum  
Ducis ipsius vel patruelium, vel filium,  
ut nonnulli sentiunt, unum cum Mari-  
no Gradiotico prefectum Clasi suis,  
quae deducta est aduersus Polanos, &  
ceteros Ieros. Vbi discessit à vita Or-  
delaphus Faletus Dux xxxiv, ad Pan-  
noniae Regem, cum quo tunc erat bel-  
lum, tres Legati missi fuerunt, Vitalis  
Faletus, Vrhus Iustinianus, atque Ma-  
rinus Maurocanus. Vitali quoque Mi-  
chaëli Duce xxxx classi, quæ profici-  
sciebatur in Asiam, prefecti dati sunt  
Henricus Contarenus Episcopus Oli-  
volensis, nec non filius Ducis. Præter-  
ea verò cum Dux esset Vitalis Faletus,  
Dominicum Dandulum, Andream  
Michaëlium, & Iacobum Arium com-  
perio legatos ivisse ab Alexium Orien-  
tis Imperatorem. Sic etiam aliis tem-  
poribus alii memorantur, qui fuerint  
adhibiti ad tractanda negotia publica:  
sed omnes hi quam paucissimi nume-  
ro sunt pro omnibus iis, qui deinceps à  
temporibus Sebastiani Ziani clarissimi  
evaserunt ob administrationes reipub.  
Id verò factū est ab institutis Comitiis,  
propterea quoddī dignitates, & munera  
publica, tūm domi, tūm foris in plu-  
ritim cives tribuebātur, unde plurimi  
quoque decus sibi comparare familiaf-  
que

DE REPVB. VENET. 75  
que suas plurimū illustrate cōperant;  
quod vel hisce nostris temporibus fieri  
videmus. Atque hanc ipsam fuisse cau-  
sam existimo; cur antiquissimæ fami-  
liae Patriæ ordinis, præter oppidū pau-  
cas, quæ celebratam adeptæ sunt à  
Ducibus editis, cujusmodi fuerunt, Ba-  
duaria, Memæ, Contarena, Faletia,  
Maurocana, Michaëlia, & nonnullæ  
alii, tam multæ verò, quæ fuerunt su-  
pra tempora Sebastiani Ziani versatae,  
fuerint in ea obscuritate, ut aliquarum  
nomina vix ad nos pervenerint. Po-  
stremò tandem, quod meam senten-  
tiā maximè confirmat, hoc Gentilis  
hominis nomen, quod nobilitatis est  
proprium, in nostris monumētis nun-  
quam usurpat ante administratio-  
nem Petri Ziani Ducis xxi, qui pa-  
trem habuit Sebastianum Ducem spē  
memoratum. Eo Duce Creta Insula  
in ditionem Venetam cessit, quæ ut in  
reipublice fide melius contineretur,  
decreta est eò Colonia Venetorum ci-  
vium, partim quidem ex iis, qui equo  
meterent, partim autem ex assuetis  
militiæ pedestri. Igitur in iis historiæ  
fragmentis, quæ sum ractus à Leonico  
nostro, hæc ita scripta repiri: Postea  
verò decretum est in Gentiles homines,  
atque populares, qui se conferrent eò ad  
habi-

habitandum cum suis familiis, Cretam Insulam totam tribuendam esse. Neque tamen arbitror tunc idem omnino significat, quod nunc significat hoc Gentilis hominis nomen. Nam quæ temporibus illis Comitia erant (hæc autem quænam, & cuiusmodi forent, efficiam ut suo loco intelligas) non admittebant id, quod modò est, inter patricios, popularesque discriminis: idcirco quæ vis appellationi Gentilis hominis subiecta est modò in aliis cunctis civitatibus, eandem crediderim tunc etiam in nostra fuisse, ut eo nomine cives illi significarentur, qui præ ceteris omnibus eminerent, aut antiquitate generis, aut opibus, aut autoritate. Adeptus est autem principatum ipse Petrus Zianus ann. Christi M CC V, eodemque trigesimo post Sebastianum patrem, qui creatus fuerat anno M C LXXXV. Quo quidem temporis intervallo conjicere possumus eligendi Dux rationem correctam fuisse, ejus autem summam potentiam legibus latitatem temperatam; instituta quoque Comitia, cum cæteris Magistratibus; eoque magis, quod in ejusdem Principis vita diploma quoddam confectum legi, pro Colonia Cretensi, in quo commemoratos inveni quatuor Consiliarios,

DE REPVB. VENET. 77  
liarios, binos iudices, nec non Advocatores, de quibus erit sermo postea loco suo, primum creatos fuisse temporibus Auri Mastropetri, qui rem publicam administravit eo temporis intervallo, quod supra commemoratum est annorum triginta, & Sebastiano Duci proximè successit. Vnde colligere possumus, his iisdem temporibus majora Comitia ad magistratus eligendos constituta, stabilitaq; fuisse. Neque tamen incicias iverim, nomen Comitiorum superioribus etiam temporibus nonnunquam usurpatum legi, quod constat ex aliquibus Privilegiis Vitalis Michaëllii Ducis, quæ non ita pridem fecit, ut aspicerem, M. Antonius Michaëlius, Vir ob antiquam generis nobilitatem & ob ingenii, virtutumque maximarum ornamenta plurima dignissimus, qui diligatur, atque celebretur à cunctis hominibus. Subscribunt iis privilegiis trecenti ferè ci-  
ves, quos ipse Vitalis Dux nominat Comitiorum participes. Sed cujusnam rei gratiâ, & à quo fuerint instituta ea Comitia, nihil est apertum. Equidem, si quid Comitiorum genus concedimus temporibus iis, eorundem autores videntur Duces ipsi fuisse, ut quando-  
cunque sibi collibitum esset, uterentur  
con-

78 DONAT. IANNOT.  
consilio, atque civium opera, non se-  
cus atque prisci Romanorum Reges,  
qui cum Senatu publicis de rebus age-  
re solebant, sed ubi maximè videbatur  
hoc in rem suam fore. Ego verò cum  
de prima Comiciorum origine di-  
puto, aliud Comiciorum genus accipi no-  
luerim, quām cui tributa est facultas  
creandi cetera Concilia, atque Magi-  
stratus, qui rerum cūm publicarum,  
tūm privatarum curam singuli susci-  
piunt. Nam quā superioribus artibus  
erant, si tamē erant, existimo parum  
autoritatis obscurius. Minimè quidem  
id à veritate alienum puto, quod  
superiū monui, speciem, & formam  
quādam Comiciorum apud Duces  
fuisse, quā tamen tota penderent ex  
eorum arbitrio, nullamque aliam pra-  
stanter operam, præter eam, quam  
ipsi requirerent. Videret enim aqui-  
tati contentaneum fuisse, ut qui sum-  
mūnū jus, & imperium in republica  
haberent, eamdemque arbitratu suo  
planè regerent, atque administrarent,  
iidem voluntates etiam civium longè  
plurimorum studerent aliquo genere  
obsequii sibi demereret, & ob eam rem  
Comitia quædam indixerint. Sed mul-  
tò magis illud me moveret, quod non  
video, quā fieri potuisse unquam, ut

majores

DE REPVB. VENET. 79  
majores nostri tām admirabilem re-  
rum ordinem, tāmque pulcherrimam  
distribuendi honores, & munera pu-  
blica rationem, hec est ipsa, quā nunc  
habemus constituta Comitia, nullo  
proposito sibi ad imitandum exemplo  
primitū excogitarint. Nam tempori-  
bus iis nulli dubium est, hujusmodi  
formam publicæ administrationis a-  
pud alias urbes, vel gentes nusquam  
extiisse, quæcumq; tunc omnino haud  
esent ignotæ. Atque ea', quā nullo  
exempli inducenda sunt, tot tantafq;  
difficultates secum afferre solent, ut  
plerunque rejiciantur, tanquam nimis  
ardua, quæque fieri vix, aut fortè nul-  
lo modo possint. Proficietur id ex ea  
re, quod homines in rebus singulis  
agendis nonnisi rationes illas & se-  
quentur, & probant, quas vel suo, vel  
aliorum aliquo periculo cognitas, &  
perfectas habeant: pacissimi verò  
sunt, & semper fuerunt, qui nova com-  
minisci, & aliis persuadere valeant:  
ideoque cum in republica contingit  
aliquid innovandum, instituta vetera  
semper ob oculos habentur, ad quā  
de more cuncta referuntur, & ad pro-  
pria quidem ubi suppetunt, secus ad  
aliena. Quare multi sunt autores, qui  
tradunt, Romulum suæ reipublicæ

exem-

80 DONAT. IANNOTT.  
exemplum de Grecis sumptissimis; & vos  
etiam ipsi anno Christi M C D CIV,  
majora vestra Comitia ad instar eo-  
rum, quæ sunt apud nos, effluxisti;  
Quinetiam anno M D XI, usi nostro ex-  
emplo, summum apud vos magistra-  
tum, quem Confalonierum vocatis, ,  
ex annuo perpetuum efficere statuisti.  
Vitam vero in rem, atque fructum  
patris vestrae, nec non ad totius Itali-  
ci nominis decus, & existimationem  
ea mente quoque fuissestis, ut reipubli-  
cae nostra carera instituta, que non  
sunt ita cunctis in promptu, & obvia,  
quemadmodum vel Ducis admini-  
stratio perpetua, vel ipsa Comitia non  
diffimili ratione suscipienda, imitatio-  
neque complectenda vobis visa essem.  
Nam vestra civitas retinuerit liberta-  
tem suam, neque vicissitudines illas  
fuissest experta, que perniciem extre-  
mam tandem rebus intulerunt. Dico  
igitur monstri, ac prodigiis simile quid  
futurum fuisse, si majores nostri sine  
ullo exemplo, cum ordinare vellent  
statum reipublicæ, ex ingenio tantum  
modo suo de promptam repente artu-  
lissent universam hanc rationem Co-  
mitiorum tam egregiam, atq; præsta-  
bilem, tamque humanitati aptam, &  
civium concordia: Quæ sane ratio  
non

DE REPVBL. VENET. 81  
non modò liberam, perpetuoque in-  
columem nobis patriam praetulit; sed  
etiam rebus semper in melius proce-  
dentiibus quodammodo gradum ei-  
dem fecit ad eam, quæ nunc est, im-  
periij amplitudinem, & auctoritatem.  
Quamobrem hæc duæ rationes à me  
proximè adduictæ, præter ea pauca,  
que supererit adhuc, monumenta, ef-  
ficaciter, ut credi possit, aliquam Comi-  
tiorum formam extitisse supra tempora.  
Ducis Sebastiani Ziani, unde majo-  
ribus nostris post Vitalis Michaëli ex-  
dem, cum redigere ad meliorem for-  
mam tempuplicam cogitarent, obla-  
ta fuerit opportunitas instituendi hæc  
Comitia publica ad tribuendos hono-  
res, arque magistratus. Quapropter ut  
summatim comprehendamus, in nostra  
republica tres rationes, sive forme  
Comitorum fuerunt; prima, per to-  
tum illud tempus continuata, quo Du-  
ces regio fere more dominabantur,  
usq; ad Ducem Sebastianum Zianum;  
altera vero, quam eo tempore institu-  
ram dixi. Hinc autem tertia proma-  
navit, cui quidem anno Christi M CC  
XCVII, Duce Petro Gradonico fuit ini-  
tiatum datum, eademque felicissime res-  
publica nostra gubernatur usq; ad hæc  
tempora. Itaque ii, qui Comitorum

morem tradunt antiquissimum esse, si de Comitis alterius generis loquuntur, quam postea creanderum. Magistratum causâ sunt adhibita, forcè non falluntur; alioquin in errore versantur. Nam, ut pluribus dixi, atque comprobavi, non nisi post Vitalis Michaëli cædem ea sunt usurpata, quo tempore singula munera, & negotia publica directa fuerunt ad certam normam, atque regulam, ut in civili societate quietè viveretur. Nescio verò utrum tibi satietatem, & molestiam attulerim tam longa disputatio-ne de prima Comitiorum origine, de qua certè mihi fuit agendum, ne quid ex iis prætermitterem, quæ ad eam rem pertinent. Tu, qui singula moneta diligenter expendere soles, quicquid è re visum fuerit complectare velim, ceteraque abjicias. IOAN. Equidem singula persequendo quod magis excutis, è majorem voluptatem capio ex sermonibus tuis. Morem planè mihi gesisti in hac tota Comitiorum percensenda origine: nam multa facta digna nunc à tu intellexi, quæ discrepant ab aliorum sententiis, & quidem plurimorum, à quibus affirmatur, ea, quæ nunc vigent apud vos majora Comitia, vetustissimis etiam tem-

DE REPVB. VENET. 83  
temporibus extitisse. Sed pluribus hac de re disputare nihil amplius attinet: satis est mihi quidnam sentias, ex ipso te audisse, quem recte sentire mihi perfuadebo, donec aliud occurrat, quod magis arrideat. Nunc autem intelligere cupio, quemadmodum existimes rem gestam esse, dum Comitia sunt instituta post Vitalis Michaëli cædem. Ad hanc autem, quibus temporibus, & qua de causa postea fuerit ad ipsa Comitia interclusus, atque obstrutus aditus. Nam qui fuerunt ab iis exclusi, permixtum videtur, si passi fuerint a quo animo se spoliari, non tantum jure, quod haberent, creandi Magistratus, & Ducem, sed planè consequendi eos honores omni facultate: neque verò mihi aliquid in mentem incurrit, quod ipsos continere in officio potuerit. TRYPHO. Quamvis ex iis, quæ à me disputata sunt hactenus, hac ipsa, quæ modò percunctaris, intelligi queant, saltem aliqua ex parte Nihilominus ut animi sensum magis appearat, quod à me satis arbitror demonstratum esse iis conjecturis, & argumentis allatis, quæ invenire potui; illud item repetam, majora Comitia rursum ortum habuisse, cum vis illata est, atque cædes Vitali Michaëlio, atque

ut ego quidem persuasum habeo, statim in ipsa creatione Sebastiani Ziani, Vrurum verò Comitia Ducis electionem, an ipsa Ducis electione Comitia potius antecelerent, in medio relinquo; sic etiamnum fortè simul utraque res exticerit. Nam aliquid unum ex his tribus factum videtur. Ergo qui tunc in republica valebant auctoritate, sive iampidem, sive nuperrime hanc ipsam adepti, hi multitudinis insolentia tanta perspecta, qua fuisse aula violentas manus injicere in DuceM, dederunt operam, ut vitiis omnibus, qua videbantur haerere in republica, sublati sunt in medio, præcederent omnes vias domesticæ seditionis. Erat autem vitium longè maximum in ipsa Ducis electione, qua tanto, cum tumultu fieri solebat, ut dixi, atque iterum dicamus: ex quo contingere poterat, ut dignus aliquis non magis quam indignus ad summam amplitudinem pervenire posset, dummodo plebi, & populo gratius esset. Alterum quoque vitium positum erat in nimia potestate, & licentia Ducis. His duobus vitiis alia quedam non pauca conjuncta erant ex istudem capitibus deducta, qua civitati nostræ supremum exitium acculissent, nisi oppor-

DE REPVB. VENET. 85  
opportuniis remediiis adhibebitis ei prospectum fuisset. Quare prius illud vietum ica sustulerant, ut à piebis, & populi temeritate ad certum paucorum arbitrium transferrent omnem potestatem Ducis eligendi, ex uno quidem in alterum extremum subito delapsi. Hoc autem non alia de causa factum esse crediderim, nisi quod usu plerunque veniat, ut quicunque sibi aliquid minus utile quinetiam valde noxiū expertus ipsa re comperiat, ad extremum deferatur, atque devenias ejus rei contrarium. Cum igitur ob ea, quæ dicta sunt, animadverterent ii, qui præsidebant reipublicæ, perniciosissimam rem esse Principis electionem temerariam adeo, & tumultuosam; amplexi sunt diversam rationem, atque omnino contrariam, ut paucis committerent id, quod erat universorum. Sic etiam unius Principis summam auctoritatem, quod erat alterum vitium simul corrigendum, adhibita Comitiorum frequētia moderata sunt ad cunctos Magistratus distribuendos, qua sanè re magnopere caverunt, ne quid agendi libera, & integra facultas relinqueretur, eidem consulendo in posterum. Et eorum quidem Comitiorum totam rationem fuisse illam pu-

86 DONAT. IANNO T.  
to, quæ postea diù permanxit usque ad illud tempus, quo cæptum est intercludi; fuit autem hujusmodi. Singulis anni extremo mense septembri ad festum diem Dedicationis Sancti Michaelis Archangeli bis seni cives deligabantur, bini e singulis tribubus (nam Civitas tota senis tribubus continetur) his autem, quod nostra monumenta perhibent, fas aquæ integrum erat, ex universâ Civitate sibi cooptare à cœlo usque ad cœlum. cives, & ea conditione, ut singuli possent è familia sua quatuor viros summum aſſeſſere. Ex iis autem omnibus in unum coactis confitata quidem majora Comitia, sed in annum erant, quæ Magistratus omnes creabant, ut nunc moris est. Intra finem vertentis anni, Duodecimviri, quos dixi, rursus eligebantur, qui jus Comitorū tribuebant eodem modo in proximum annum. IOAN. Antequam tuum sermonem ad alia conferas, hi Duodecimviri, quibus collata erat facultas implendi Comitia, quoniam modo, & à quibus desigabantur? Præterea, si comitia nulla certa, & legitima ratione constabant ante Ducis Vitalis Michaëlii tempora, quofnam usus afferre ipsa potuerunt ad altera formanda, recens, atque instituenda?

DE REPVB. VENET. 87  
stituenda? Postremò, cur Duodecimviri tributum erat à cœlo. uique ad cœlum LXX. cives nominare certo quodam numero? TRYPHO. Nihil mihi planè constat ex iis, quæ nunc percunctoris: Dicam tamen ea, quæ proxima veritati censeo. Si concedere volumus id, quod admodum verisimile mihi viderit & antea jam dixi, fuisse rationem aliquam Comitorum supra ipsa tempora, quibus erat Dux Vitalis Michaëlius, fieri potuisse, ut in iis Comitiis Duodecimviri primum suffragii creati fuerint, vel fortiorē educeti, quos deinde proximis annis ea Comitia decernerent, quæ nondum munus annum conſecerant, paucis ante diebus. Quæ vero supra Vitalem Michaëlium dicuntur fuisse, quanvis earum rerum, quæ tunc nullæ essent, imaginem aliquam exprimere minimè potuerint; tamen hec hominibus eam mentem satis fuit artulisse, ut aggressi fuerint ad alterum quoddam genus ipsorum concinnandum, atque absolvendum. Contigit autem, ut qui de coercenda nimis potestate Ducis primi laborarunt, & de tollendis iis duobus vitiis, quæ commemoravi, cum præ oculis haberent amplissimum Concilium è leſtissimis civibus pridem

38 DONAT. IANNO<sup>T</sup>.  
institutum, in id ipsum transfundere cogitarint, quicquid autoritatis, atque juris Ducibus ademiscent, ab uno extremo in alterum declinantes, queinadmodum superioris admonui de creatione Dux ea potestare nimirum, qua nimia videbatur, crepta uni, hoc est Ducis, & plurimis tradita, existimarent magis tranquillam, civilemque reipublice administrationem fore. Neque vero mirum cuiquam videti debet, si quicquid ipsi Duci detraxerant, sibi attribuerunt. Nam summa potestas in aliquem conferenda erat, eaque in unum quemlibet collata, vel singulatim, vel etiam una cum paucis, in easdem difficultates incurrebat, id quod animadvertere quam facillimum erat. His rationibus adduci rempublicam committere pluribus statuerunt: qua in re statuenda difficultatis adhuc nonnihil habebant, quod expedita non erat aliqua ratio, qua possent vel universi, vel certè maxima pars id obire summi juris, atque autoritatis, quod solus Dux exercere antea consuevisset. Ad id autem planè expediendum magno fuit usui versus illa; cuiusmodicunque fuerat Comitiorum à Ducibus adinventa ratio. Nam veri quam simillimum eam quo-

DE REBUS VENET. 89  
que Duces non semel adhibuisse, ut aliquam à populo graciā inirent, ubi munus aliquod publicum mandari offereret, aut etiam aliqua deliberatio gravior habenda esset de bello, aut pace, aut aliis hujusmodi rebus. Itaque cum animadverterent illos, quibus erat curæ redigere statum reipubl. ad meliorem formam, id Comitiorum genus aptissimum, & opportunissimum esse tractandis, atque gerendis publicis negotiis, facilissime persuasi sunt, ut transferrent eò universam autoritatem Ducibus ablamat. Et quoniam convenitus ille constabat circiter cibibus quadrangentis, quemadmodum ex iis privilegiis potest intelligi, quæ superius attuli: ob eam rem potuit etiam fieri, ut per Duodecim viros ferè cotidem eligerentur, nempe quinquaginta, vel septuaginta supra quadrangentos. Sed ut pluribus obsequerentur, insituerunt, ut hi singuli per Duodecim viros electi facultatem haberent ascendi tot è familiis suis, quot fuerunt expositi. Postremò vero decretum est ad magis conciliandos animos cunctorum civium, ut ea Comitia recens instituta, singulis annis quibusque instaurarentur, ut ii, quibus excludi cotigisset præsente anno, spem conservare

F 5 suam

90 DONAT. IANNOT.  
suam possent, ac referre in proximum,  
eaque ratione magis ac magis admi-  
nistraretur tranquille respublica. Puto  
à me tuis postremis interrogationibus  
satis esse factum. Nam recensui tibi  
quicquid ex iis monumentis potui col-  
ligere, qua nobis superflunt. Propter  
si nihil est amplius tibi, quod requiras,  
alia prosequar, que restant adhuc ex  
iis, que primùm quæstieras, discutien-  
da. IOAN. Proseguere, amabo: nihil  
est enim, quod te amplius his de rebus  
interrogem. TAYPHO. Perstigit igitur  
ea coniunctudo singulis annis, quam  
dixi, majorum Comitiorum renovan-  
dorum, inchoata post necem Vitalis  
Michælii Ducis, hoc est ab anno M C-  
LXX; vel, quod alii malunt, M C LXXV.  
quo tempore statuimus eandem inva-  
luisse, multis verisimilibus conjecturis  
ducti; perstitti, inquam, ad annum  
usque M CC XCVII, qui fuit septimus an-  
nus administrationis Petri Gradiocci.  
Erant ea tempestate Quadraginta-vi-  
rali Collegio Praefecti, quemadmodum  
in Commentariis nostris scriptum in-  
venio. Leonardus Bembus, & Marcus  
Baduarius, à quibus lata fuit hujusmo-  
di lex ad idem Collegium; Ut quicun-  
que eo anno majoribus Comitiis ope-  
ram darent, aut saltēm quadriennio  
proximo

DE REPVB. VENET. 91  
proximo dedissent hi tantummodo,  
& eorum posteri juris id haberent, ita  
ut nihil amplius esset immutandum,  
secus atque consuevitet haec tenus fieri.  
Quæ lex à Quadraginta viris laudata,  
receptaque maximo consensu, mox ubi  
perlata est ad universa Comitia, non  
aliam propensionem animorum in iis  
quoque reperit, tantoque studio cun-  
ctis etatibus deinceps fuit observata,  
ut quindecim familiis exceptis, quæ  
causa Bajamontane conjurationis ascen-  
te sunt, tristiganteque iis viris, qui pro-  
fugato Genuensi bello id præmii, mer-  
cedisque loco consecuti sunt, paucissi-  
mis omnino contigerit eo jure donari  
non tamen iisdem temporibus, neque  
eodem ob causas. Hoc sane pacto Tri-  
stanus Savornianus in Patriorum or-  
dinem cooptatus est propter immen-  
sos labores, contentionesque, quas ani-  
mo constantissimo pertulit reipublicæ  
causæ. Cujus familia licet in nostra  
civitate novissima esset; nihilominus  
Hieronymus ejus nepos Vir insigni  
morum probitate, atque animi forti-  
tudine præditus, hoc anno inter Sena-  
tores locum obtinuit, quod manus, &  
ornatissimum, & amplissimum est,  
quemadmodum te non semel audire  
puto, & uberius explicaturus infrā  
quo-

quoque sum. Atque ita sane Comitiis interclusum fuit, quæ res in vulgaribus Historiis nusquam est expressa, sed in his Communitatis tantummodo prodita, qui domi conservantur apud nonnullos Patricios, ut qui diligenter simus non fuerit, maximeque sollicitus nostris de antiquitatibus investigandis, eum necesse sit in ignoratione versari rerum plurimarum, que dignissimæ sunt animadversione, ac memoria. IOAN. Ita quidem est, & idcirco tibi gratias habeo, qui mihi communicandas duxeris tam benigne res admodum memorabiles, nondum satis notas. Quod nisi forte contingat interrogatoribus meis interpellari à me nunc orationem tuam, hæc tria quoque mihi exponere quæso ne graveris: Primum, quibus de causis adducti sint ii, qui se præbuerunt autores, ut intercludentur Comitiis, atque illi, quibus excludi contigerit, quonam modo id tulerint. Vix quidem credam potuisse tantam rem confici, nisi magna opportunitas quedam affuerit. Deinde vero: Quidnam muneris tunc fuerit Quadragesima-viratus. Tandem, Verum Comitiis interclusis eorum duntaxat habendam rationem censuerint, qui fuissent electi per Duodecim viros, an eorum etiam, quos

DE REPVB. VENET. 93  
quos idem postea cooptassent, hoc est ex eadem familia binos, ternos, aut summum quaternos Viros, quos licet singulis nomine dixisti. TRYRHO. Haec tamen percunctationes nihil interpellant orationem meam: nam ea, que sciscitari, ad rem spectant omnia. Quapropter eodem ordine respondeo, quo tu me interrogasti: Atque ut exordiar à primo, non extat in monumentis nostris aliquid expresum, quod occasionem, vel causam attulerit intercludendi Comitia: Quanquam credi vix potest, ut ipse modò aiebas, citra occasionem aliquam potuisse tantam rem confici. Posset hoc innumeris exemplis allatis à me comprobari, non earum modò civitatum, quæ sunt in melius, in quarum numero quoque nostra reponendam censem, sed etiam illarum, quæ mutatae fuerint in deteriori. Sed vel ipsius nostræ reip. vicissitudines, si animum advertas, hujus rei facere potuerint amplissimam fidem. Nunquam tamen me vel legisse, vel audisse memini, quæ causa extiterit, vel occasio intercludendi Comitia: immo vero neque mente, cogitationeque ipsa possum quicquam assequi, quod promanaret ex eo generale Comitorum mali, vel incommodi, unde

unde postea fuerit ortum innovandi studium. Sed ea ratione tantum crediderim perfusos suis, qui fuerunt autores ejus mutationis, quod videtur quotidie causam negociationis ingentem numerum advenarum in urbem confluere, quibus constringere potuisse non multis post annis, ut adipiscerent jura Comitiorum, nec non Magistratus. Itaque ne permiscerent suum genus externo generi, atque ita nobilitas ejus contaminaretur, quam sinceram & integrum conservare, quam maxime optabant, inierunt consilium ita statuendi Comitia, ut modò audivisti, in quæ delectum civitatis florem totum coegerunt. Nullus enim Vir tunc, opinor, paulò insignior existit, qui Comitiis iis quinquennalibus comprehensus non fuerit. Enimvero potuit etiam fieri, ut ambitione, & cupiditas plus habendi compulerit cives ad hæc innovanda. Nam publicis munib' omnibus ad pauciores collatis, eveniebat, ut ad eos, qui participes eorumdem furui essent, plus emolumenti, atque dignitatis inde redundaret. Quanquam hæc omnia conjecturæ innixa sunt: Nam de his rebus, ut prædicti, certi nihil constat. Ceterum eos, qui fuerunt exclusi, ægrè rem tulisse,

DE REPVB. VENET. 95  
lissæ, potest intelligi ex illa conspiratione, quæ ab interclusis Comitiis mox in lucem prodidit. Nihil enim, aliud ansam eidem præbuit, nisi quod Marinus Boonius, qui fuit primus autor, & alii quidam cum eo cives animadvertisserint, ibi omnes aditus iri præclusum ad publica munera: Sed quemadmodum fuit inconsultum illud facinus, atque temerarium; sic etiam caruit prospero, ac felici eventu, quinimum peperit exitium autoribus suis. Sed quoniam tota civitas erat in maxima perturbatione ab interclusis Comitiis, ii, qui obtinebant rempublicam, ita statuerunt, ut quicunque Comitis ipsis concinerentur, singulis annis subiecti deberent suffragis in Quadragesima-virali Collegio ad diem lacram D. Michaëli. Siquis autem saltu dimidiā partem suffragiorum minimè ferret, is non admitteretur in Comitia per ejus anni curriculum, & alius in ejus locum subrogaretur, ut quidem verisimile arbitror. Fiebat autem, opinor, ut nullus unquam à Comitiis excluderetur, & ii, qui semel electi fuerant, semper approbarentur; qua re consuetudo suffragiorum tandem obsolevit, eademq; perpetuò Comitia perseveraverunt. Quod autem secundo

secundo loco quæstii de collegio Quadraginta-virali, non aliud existimò fuisse, quam capitale, de quo inferioris agam. Faciunt ut mihi persuadecam id, tres omnino rationes: prima, quod in confessio apud omnes est, hoc Quadragesima-virale Collegium antiquissimum esse, licet apud nullum scriptorem inventam, quo tempore fuerit institutum: Altera est, quoniam superioribus etatibus in gravissimi rebus cunctis versabatur, non in judiciorum tantum, modò, immò Dux etiam cum illis conveniebat, atque praefens aderat: postrema ratio est, quoniam præter hoc ipsum nullum est aliud Quadragesima-virale Collegium, de quo fiat mentio. Nam Civilia utraq; multò post ipsum Capitale instructa sunt, id quod ubi rius suo loco. Ad id verò, quod postremo quæstii loco, itidem respondeo, à me existimari, non eos tantum, modò, quos Duodecim-viri delegissent, sed etiam ceteros, quos hi postea secum adduxissent, simul omnes majoribus Comitiis comprehensos fuissent. Quamvis autem quinquennialis Comitia in unum coacta videantur conflare multò maiorem numerum Virorum, quam modò sit: attamen cum facile credi possit, alternis annis semper

confidem

DE REPVB. VENET. 97  
 eligi confucyisse, hac ratione ex quinque Comitiis bina supererint, ternaque vacarent. Continebantur hoc numero Patricii quater mille, & quingenti, paulò plus, minùsve. Ne vero il cui mirum videatur, propterea quod hac ætate vix ad ter mille numerantur, illud erit considerandum, intermedii etatibus non paucas veteres familias intercidisse, quod animadvertis facile potest, & planè intelligi facta invicem collatione utriusq; census ejus, inquam, qui temporibus hisce nostris, & illius, qui fuit habitus anno Cirilli M C D XL. Quod autem facit, ut existimem in numerum Patriciorum alij pros fuisse non solum cives à Duodecim-viris nominates, sed etiam socios omnes à nominatis ascitos, est, quod alias contigisse pluribus familias, ut in Patricios, & Civis divisa abeant, que tamē proculdubio sunt modo quam paucissime. Multò quidem plures olim fuisse persuaßissimum habeo, sed earum plerosque extinctos fuisse.

IDAN. Fieri quidem potuit, ut illi, qui

populares evaserunt, minime per-

sererint antiquæ sua nobilitatis decus

conservare, contra quam factum est

ab ipsis Patriciis. Nam cui præcludetur

aditus ad gerendas res publicas, is illu-

strare suam familiam minime potest, ac ne retinere quidem splendorem, si quem prius habebat. Quid? quod antiqua non sine familiarum fortasse commutata sunt, que res effundere solet ingentes tenebras, & ex certissimis res omnes quam incertas reddere. Sed nisi gr. re tibi fortasse est, hoc mihi, quod item peccat ad rem propostam, editiores velim: Hominibus iis, qui Comitiis interclusi fuissent, licetne Magistratus, & honores deferre? Ni que enim videris mihi suis exposuisse, utrum cum ipso jure Comitorum excepta quoque fuerit eisdem facultas obtinendi munera. TRYPHO. Novi quidam id explicatum à me non fuisse: sed neque modo tibi querentis fatiscidere possum, cum nihil ea de re mihi perspectum sit. Existimo tamen iis temporibus non fuisse praeceps verium, ne Magistratus his civibus mandarentur. Nam vel hac nostra tempestate pro competto non habeo ejusmodi legem latam adhuc esse, qua fuerit exceptum, ne cives ulli nominarentur ab Electoribus, praterquam Patricii, aut ne ratio ipsorum haberetur in Comitiis, si nominarentur. Quinimum contigisse id non semel audio, ut patricius no-

mina. DE REPVB. VENET. 99  
minatus fuerit ab uno Elektorum, revertuntamen ex reliquis Collegis tot non accessisse, quot opus est ad subeunda, & experientia comitorum suffragia, qua de proximè tractabitur. Quare possumus arbitrari cunctos Magistratus iis, qui Comitorum jus haberent, communicatos fuisse, ceteros, qui fuissent exclusi, nunquam in partem vocatos. Sed res obductas, & circumfusas tot tantisque tenebris, queso, ne scrutemur, & reliqua persquamus his prætermissti. Hæc apud nos Comitia, de quibus rām multa disputavi, cōstant ex omnibus Patriciorum multitudine in unum collecta, ildemque potest interessere quilibet ex gente patricia ad ferenda suffragia, modo transgerit ætatis annum vigesimum quintum, non tamen ante, quam se doceat id ætatis esse: hoc est, Advocatorum tribunal audeat, de quo Magistratu postea nobis erit sermo, ibique alterius parentis, aut si neuter parentum fuerit superfluit, ejus juramento, qui sibi cognatione quam proximus, & quam conjunctissimus sit, fides ampla fiat, annum quintum supra vigesimum jam exactum esse: duobus etiam testibus eodem adhibitis, qui certò alterant, ex omnium sermonibus,

100 DONAT. IANNO. T.  
communisque ipsa predicatione pro  
comperio si habere, legitimis natali-  
bus, & ex iis parentibus, quos nomi-  
nat, eundem procreatrum fuisse: Qui-  
bus ita peralii, tum denum cum  
ceteris convenire ad Comitia potest,  
ut dixi, & ferre suffragia. Ceterum  
ut etiam juniores habere queant ali-  
quem sensum civilis administrationis,  
prospectus est iis qui vigesimum an-  
num fuerint egressi, ne debet aliqua fal-  
tem ratio consequendi id, quod optan-  
t: eaque talis est. Pridie nonas De-  
cembrii, qui dies D. Barbara sacer est,  
adolescentes illi, qui facultatem hanc  
sibi concedi cupiunt, coram Trium-  
viris Advocatoribus omnes conve-  
niunt, ut eos de viginti annorum aera.  
te jam exata doceant, ostendantque se  
non alii, aut natalibus, aut parenti-  
bus ortos, quam quos usurparint. Ejus  
autem rei fides eodem planè modo fa-  
cienda est, quem superius delipsi,  
mandatunque publicis monumentis  
apud eum Magistratum. Porro singuli  
adolescentes de natalium, legitimaque  
etatis indicatione syngrapham acci-  
piunt ab omnibus Triumviris obli-  
gnatam, quam præbet unus à secretis  
alteri deferendam, qui fungitur eodem  
munere apud Quadragesima. viros; at-  
que

DE REPVB. VENET. 101  
que is eorum, qui syngraphas decule-  
runt, nomina singula parvo quedam  
in chirographo sigillatim describit,  
omnibusque iis collectis ad D. Barbarae  
diem Principem, & Consiliarios adit  
(de Consiliariis; nec non de Quadra-  
gesinta-viris loco iuuani) quibus in-  
spectantibus eos chirographos conji-  
cit in urnam: cumque ex illis omni-  
bus, qui recentri fuerint, id quod  
animadvertisendum in primis est, quin-  
ta pars ad Comitia debeat admitti:  
hoc tamen intelligi tantum, debet,  
quando candidati plures non sunt  
quam et, in quo numero xxxi. quinta  
pars est; tot enim ad summum sin-  
gulis annis admitti possunt. Quare  
non amplius habetur quinta partis  
ratio, si quando Candidati excellerint  
hunc numerum et. Quot autem no-  
mina fuerint in urnam conjecta, toti-  
dem globuli argentei demittuntur in  
alteram, quibus inferuntur aurei glo-  
buli summum unus & triginta; sed  
pauciores, ubi Candidatorum quinta  
pars non attingit eum numerum,  
Educuntur inde sortito per Ducem  
singuli chirographi ex urna priore,  
quibus eductis, absque mora nomen  
recitat, quod est ibi scriptum, & ex  
altera statim urna globulus eximitur,

qui si fuerit aureis, intelligitur huic ius ferendi suffragia comparatum esse, quod nos materna nostra lingua, *Ballistare*, dicimus; apud nos autem dicitur, *Rendere il parito*: Si argenteus concigerit, nihil iis datur, sed spem fortis resicare debet in sequentem annum. Pergitur ordinis suo deinceps alios chirographios extrahere, subindeque globulos, modo quo dixi, donec omnino globulis aureis urna sit exhausta; quos qui fortis fuerint, obtinent omnes facultatem conveniendi ad Comitia suffragandi causam. Fuerat id olim in more politum, ut biennio primituam suffragia ferre possent adolescentes, Comitiis interessent. His temporibus id in usu amplius non habetur. Reliqui vero omnes, quibus argenteum globulum sors ipsa obtulit, coguntur annum proximum expectare, & exquo animo perferre ejusmodi moram, nisi forte vigeſiūnum quintum annum interim expleverint. Semel autem facta fide de natalibus, & legitima auctoritate, non est opus, ut iterum fides ulla fiat ab eo, qui fortis periculum facere vult in sequentibus annis. Satis est iis de rebus habere testimonium impetratum a scriba Trium-virūm Advocatorum, ordinique porrā insistere, quem clu-

DE REPVB. VENET. 103  
dum exposui. Turbulentis vero temporibus ipsius reipublicæ consuetudo quedam obtinuit, ut iura Considiorum cum facultate suffragiorum iis concederentur, qui suis pecuniis, & facultatibus ipsam adjuvarent, međo viginti annos nati essent. Quemadmodum factum cernimus hoc ipso anno, quo Patres iis, quibus nondum licet per auctoritatem, confuerunt ius Comitorum concedi oportere, si vel certum pecuniarum numerum liberaliter offerrent, donarentque reipublicæ, vel etiam commodarent aliquanto maiorem summam, quam postea sine usurpis recepturi essent. Altera quidem ex his rationibus à me traditis circa auctoratem, possunt juniorum obtainere iura Comitorum; quæ res expedita, nec ne, in praesentia non disputo. IOAN. Expedire quidem ego censuram: Naul, quemadmodum senioribus pulchrum, atque optabile est, corpore firme, & salubri praeditum esse; sic etiam junioribus optanda, & praestabilis est prudenteria quadam senilis. Hanc vero sibi juniorum comparare non possunt. nisi maturius, atq; tempeliuſis attulicant iis artibus, quarum studio, & exercitatione percipi potest. Sed amabo te, intermissam orationem revoca.

TRYPHIO. Id quoque prætereundum minimè videtur, ubi contigerit, ut alii cuius pater, & avus Comitis nunquam vacaverint, eorumque nomina siue absentia, sive aliam quamvis ob causam nunquam in codicem publicum relata fuerint, prout in actate indicata, ut monni, fieri confluavit; nea posse jus Comiticorum unquam adspici, quicunque ab his procreatus geritutique fuerit, nisi ad ipsos Trium-viros Advocatores con fugiat, eodemque doceat, quibusunque vel rationibus, vel argumentis commode potest, ex ordine patricio maiores suos extitit, propereaque in Patriciorum numerum se ascribendum esse: qua de re Trium-viros quoque oportet ad Capitale Quadraginta-virum Collegium referre, cuius est omnino statuere, & pronunciare, siue Patricius ille habendas, necne. Sed ne quis impune succum ficeret aggredietur, & per seminaria fraudem, atque malitiam ementiri audiret unquam patricium genus, lege caratum fuit, ut quingentos aureos apud Magistratum deponat is, qui ejusmodi judicium subire vellet, eorumque jacturam suffineat, si causa ceciderit. Hactenus quidem exposui tibi, quinam sine illi, quibus ad nostra Comitia

DE REPVB. VENET. 105  
mitia convenire licet. Quod autem superest, agendum fuerit de ratione, qua Magistratus eligi consuererunt, in Comitorum autoritate planè colloqua, quod & antea monui. Siquidem rerum omnium publicam administrationem ad quatuor capita revocavi, quæ sunt hæc, Magistratum creationes, Legumlationes, summæ Deliberationes de pace, & de bello, tandemque Provocationes: quorum primum dixi totum pendere ab ipsis Comitiis. Sed ut facilius rem teneas, opus esse arbitror, ut ejus conclavis formam, in quo sit conventus, oculis tuis subjicere describendo moliar. Quod si tu coram illud inspexisti, & singula, quæ sunt in eo, diligenter notasti, possum ab hoc opere & libenter supersedere. IOAN. Ego vero id, quod tu dicas, conclave coram inspexi; veruntamen ejus memoriam renovari mihi pergratum fuerit: yic enim fieri potest, quin aliquid excederit mente præcipuum, atque singulariter, cum præsertim tot, tantaque in hac urbe præclarissima contemplatus sim, quorum species, atque simulachra cogitationi obverfantur simul & permitta, & confusa. TRYPHIO. Quandoquidem tu minimè abs re futuram existimas conclave hujus,

G 5                  quam

quam audire cupis, explicationem, ejusdem formam tibi proponam quam paucissimis potero. Ea vero quaternos angulos habet & quaterna latera, sed non aequali inter se magnitudine predicta, bina ex his sunt minora, binarum majora, ut excurrat in longitudinem spatium plus duplo, quam in latitudinem. Hec enim, ut aliquando me obleravisti numerando memini, non nisi duos supra triginta passus absolvit: illa vero protendit usque ad passus LXXVI. Adhaerent, & conjuncta sunt pariteribus undique scabellae quaternam cum duobus gradibus, quorum alter extera scabella, sive sub sellia, quae in aequo & piano conclavis disposita sunt, ita aquat, ut nihil o altius allurgati: alter vero gradus eminentior est, & quisquis in eo sedet, in conspectu ceterorum necessario versatur. Tribunal autem Principis statuere mos est secundum latera duo conclavis minor, sed prout exigere viderur anni tempus, alterutrinque. Porro nihil aliud est hujusmodi tribunal, quam sugestum quoddam est rigidum exstructum, quod a pavimento conclavis tantum extat, quantum prior ille gradus, quo ad scabellam dicta concenditur, altero vero gradui itidem subjicitur, qui secundum

DE REPVB. VENET. 107  
dem Principis sustinet incumbentem sibi. Porro in ipso Conclavis piano secundum longitudinem novem sub sellia, sed duplicata constituta sunt, hoc est transversis, ad reclinandum dorsum, signi inter se, ne le tergo, & humeri utrobique sedentes continent, quod quidem necessariò heret illis non intercedentibus. Habent autem alterum à fronte, alterum à tergo binis ex majoribus: latera vero minoria conclavis à dextra, & sinistra. Sunt autem ex his novem sub selliis, una cum duobus illis gradibus eminentiorum, qua collocata diximus ad majora latera, decem planè ordines. Nam majus alterum latus cum suis gradibus, & ea sub sellia, quae illis proxime subjiciuntur, sunt unius ordinis, non tamen utraque pars ipsorum, sed altera tantum, et minimum, quae superioribus ex adversa respondet. Avera pars autem spectat ad secundum ordinem, una cum dimidia parte alterius est regione siti. Eademque est omnino ratio ceterorum omnium, usque ad alterum majus in conclavi latus. Quamobrem si quis inter utrumlibet latus incedit, & sub sellia proxima contingit, hunc habere unius, & ejusdem ordinis, alteram partem à dextris,

108 DONAT. IANNOT.  
tris, alteram à sinistris, quibus conti-  
nentur Patricii bisariam distincti, &  
adverso vultu sese invicem semper in-  
tuentes. Hi quidem omnes ordines  
sunt numero deni, verum coagmen-  
taatur, & rediguntur ad maiores qui-  
nos, quorum primus complectitur  
utruaque ordinem, quem secundum  
latera bina majora explicati protuli-  
lunt. Alter vero duos ordines huic, atque  
illi proximè adhaerentes, atque ita reli-  
qui; qua ratione quintus duos ordines  
continebit in medio positos. Quoties-  
cunque igitur ad urnam suffragiorum  
( quam rem infra nichil intelliges )  
unus ex his quinque ordinibus accer-  
sori solet, revera bini ordines accer-  
sori habentur. Sed ne quid omnino prater-  
mittam, pater ingressus ad conclave  
ipsum principem januis duabus. Altera,  
si quis aspectum convertat ad id maius  
latus, quod lumen per fenestras admittit  
ad illistrandum locum, huic à sinis-  
tra spectandam se exhibebit in minori  
latere, verum tamen quam proximè ad  
altissimum majus. Est etiam quoddam  
ostiolum in ipso minori latere, quod  
Electoribus patet, ubi sunt creati ad re-  
nunciando competitores, ut suo loco  
exponam. Altera vero janua conspi-  
citur in eo majori latere, quod nullas  
fene-

DE REPVB. VENET. 109  
fenestras habet, non procul ab altero  
minori. Et ejusmodi quidem est con-  
clave, in quo Patricii ad Comitia con-  
venire solent, ut Magistratus omnes  
crentur octavo quoque die, scilicet  
Dominico, quandoque frequentius et-  
iam ut Augusto, Septembriique men-  
sibus evenire cernimus, quando Sena-  
tus deligitur, aliisque temporibus non  
nunquam, prout usus requirit. Eligen-  
dorum portarum Magistratum apud nos  
hujusmodi est ratio. Electores primum  
forte dicuntur, quos Nominatores vos  
appellare consuevistis. Qui denique re-  
nuntiati fuerint ab his Electoribus, in  
Comitiis ipsis debent suffragiis subjici,  
& qui plura ex his consecutus fuerit,  
ita tamen ut superet dimidiā par-  
tem, is obtinuisse dicitur Magistratum.  
Et quoniam singulis diebus Comitio-  
rum, pauciores quam novem Magistra-  
tus creare nunquam licet, Electores  
quoque noveni sunt necessarij crea-  
ndi. Sed in nonnullis Magistratis cum  
duo tantum competitores statuantur,  
& in plurimis quatuor, singulis Comiti-  
orum diebus contingere oportet, ut  
Magistratus oportentur, aut ex alterutro  
generi, aut ex utroque permista. Ra-  
rissime quidem ex eo solus genere,  
quod binos habet tantummodo compe-  
titores,

titores, sed tunc ordines Elektorum nonnisi duo sunt: aliâ autem semper quaterni, sive ex eo tantum genere, quod Candidatos quatuor exponit, sive ex hoc, & ex illo confusè Magistratus extiterint. Constant ordines Elektorum singuli ex novem Patriciis, quibus quidem sors fuerit propria, quos ordines appellare nos solemus *Manus*, adjecto numero primæ, secundæ, tertiaz, & quartæ, prout singula primo secundo, tertio, & quarto loco sorte fuerint ducitæ. Prius quidem, si tibi videbitur, exponam, quonam modo Eletores sortito ducantur, deinde versus creationem ipsam Magistratum. IOAN. Opus est, ut ad arbitrium tuum ipse totum me referam, qui nihil his de rebus exploratum habeam, preter id, quod abs te narrante percepí. TRYPHO. Ergò quâ die sunt habenda Comitia, soler ære Campano quadam signū dari ad certam diei horam, nempe in ipsa meridie, neque verò pulsatio intermitit unquam, nisi hora absolute, que temporis intervallo in conclave id amplissimum, quod modò descripsi, convenient ex ordine patricio, qui Comitorum jus habent. Nam fores ubi clausæ fuerint, clavesque ad Tribunal Principis delatae, nulli patet amplius

DE REPVB. VENET. 111  
 amplius ingressus, preterquam illi, qui sit aut Consiliarius, aut Trium-vir ex Advocatoribus, aut Praefectus Decemvirum, aut postremò Censor. Convocatis, atque ingressis omnibus ingrediatur Dux, quem Consiliarii deducunt, & ii Trium-viri, qui præsunt Quadragesima-virali Collegio, atque adeo nisi prius accesserint, tunc ingrediuntur terni Decem-virum Praesides, & Advocatores, nec non binî Censores, de quibus omnibus inferius. Omnes hi, quos dixi, præster eos, qui præfecti sunt xl-viris, induiti sunt eo genere vestimenti, quod à nobis Ducale solet appellari, estque vel Coccinum, vel ex panno quovis, sed latioribus manicis, & qua manus exercuntur, late diductis, dissimile nonnihil vestimentis iis, quæ nos privatis gerere consuevimus, è nigri coloris panno, collectis atque conclusis in arctum manicis ad manus. Seder autem Dux in suo tribunal, quod medium possum est in altero latere minori, prout opportunitas vel æstatis vel hyemis requirit. Velix autem scias ea, quæ sunt in plano sub sellia, ab utroq; capite intercisa esse, sed ab altera semel tantum, ab altera bis. Illic à proximis sub selliis dirempta est quedam pars sex ulnarum, non amplius.

Hic

Hic autem binæ partes æquali magnitudine prædictæ, quarum ea, quæ media intercedit inter alteram priori loco sitam, quæ constituit caput, & inter reliquum corpus sub selliorum, trans ferri solet ex uno loco ad alterum secundum anni tempus. Itaque semper est una tantum pars ab eo capite sub selliorum, quod prospexit ipsum tribunal, ab altero ducet. & quoniam cumque tribunal alio transferendum est, amovetur ea pars, quæ caput ipsum efficit, & pertrahitur ad locum, quem tribunal vacuum relinquit. Ad continuanda porr̄ sub sellia instruitur ei pars, que peri solet ab altero capite sub selliorum, nimirum ea, quam diximus huc atque illuc traduci: Altera vero pars, hoc est ipsum caput, retrahitur atque applicatur ad reliquum corpus, ut tribunal, quantum decet, spaciat, linquatur. Seder igitur, quemadmodum dicere coeparam, Dux in hoc suo tribunali, & assident ipsi à dextra tres ex Consiliariis, & unus ex Præsidibus xl-virum: A sinistra vero tres alii Consiliarii, & duo reliqui Præsides Quadragesinta virum. In extremo quoque tribunali binæ sunt hinc, arque illine aulæs instrata sub sellia, in quibus sedet scribarum princeps, seu mag-

gnus Cancellarius, ut modò diciunt, arque alii ministri. Magistratus etiam illi, quorum meminimus, loca sibi destinata ad sedendum occupant. Nam Trium-vir ille Advocator, cuius prærogativa est per illam hebdomadam, & is ex Præsidibus Decem-virum, cui simile jus obtinet in suo Magistratu, conferunt se se ad alterum minus conclavis latus, ut in gradu eminentiori sub selliorum, quæ conjuncta sunt parietibus, circa medium confideant è regione Duxis. Tegit autem latus Advocatoris interior Decem-vir. A dextris autem horum, sed in majori latere prope angulum, tres Auditores veteres dicti sedes suas habent: Recentiores vero totidem in eorum conspectu, sed aliquanto remotores ab altero angulo. Duo Censores deinde, singuli in altero majori latere ferè mediis sedent. Reliqui duo Trium-viri Advocatores, duoque Præsides Decem-virum, eadem quoque majora latera, sed extrema, tenent juxta utrumque angulum, illi quidem à dextra Principi: hi vero à sinistra. Omnes hi Magistratus, quos dixi, in supremo gradu sub selliorum collocati sunt, & ubi College pari dignitate una sedent, semper honestissimum locum retinet is, qui major est

114 DONAT. IANNO T.  
natu. Præter autem id ingredientibus  
insigne quoddam spectaculum. Occur-  
rit enim primum Ducis ipsius aspectus,  
qui satis eminenti loco, ut dixi, se-  
lum suum habet. Singula porro con-  
clavis latera spectanda sè offerunt,  
insignita præsentia tot Magistratum,  
ut quoconque intencionem oculi le-  
vertant, nihil aliud cernant, quam  
magnificentiam, amplitudinem, ma-  
jestatem. IOANNES. Præter eam, qua-  
modo dixisti honestatis, & ornamenti  
intelligere vellim, utrum alia forte car-  
fa exticerit, que majores vestros in  
pulerit ad tribuenda certa loca Mag-  
istratus iis, & quidem ejusmodi or-  
dine, quem exposuisti. TRYPHO.  
Alia certè præterea, & non una sibi  
nam curare debent hi Magistratus, &  
cum modestia, & cum gravitate sin-  
guli sedeant; illud autem præcipue  
ne quis, dum iter in suffragia, ve-  
bo aut nutu se, aut quemquam  
commendare audiat; quam rem pra-  
stare commode non possent; si ue-  
& eodem loco simul omnes sederent.  
Efficit insuper is ordo, ut cum pra-  
sentia tantorum Magistratum sing-  
la partes conclavis ornatissimæ sim-  
nullus, quantumvis magna vir exi-  
matione, turpe sibi ducat in illis loci  
sed

DE REPVB. VENET. 115  
sedere, que procul abhinc ab ipso tri-  
bunali Ducis. Ea re quoque sit, ut ju-  
venes seniūs permitti propter rever-  
entiam majori cum gravitate, & mo-  
destia sedere cogantur, quam si forte  
ab iisdem iedre rente admodum disjun-  
cti. IOAN. Niſi ceptam diputationem  
intemperie interpellō, scire quoque  
velim, an ceteri Magistratus honestiori  
quopiam loco sedeant, quam cives  
privati. TRYPHO. Nullis aliis Magi-  
stratibus præter eos, quos dixi, certus  
aliquis locus delimitatus est, sed ubi col-  
libitum est, quisque sedet: filii tamen,  
atque fratres Duci et non tantum  
vivente, sed etiam defuncto honestio-  
rem quendam locum habere solent;  
Equites eriam, & Doctores: inter alios  
vero nullum est discrimen. Pro fugge-  
sto, quo suslinetur Principis solium,  
in plano & recto conclavis urna tres  
statuuntur: eos pileos nos dicimus,  
qua altiore basi sublatæ, tunc ab  
humo extant, ut nullus inferre oculos,  
& introbiceret queat; præter id etiam  
sunt undique circumclusæ, & danta-  
xat in singulis duabus extremis urnis  
superne quæ sunt obtecta, duo for-  
amina patent ad inferendas manus, ubi  
globuli fuerint extrahendi: Quæ vero  
media est urna, unicum tantum ha-  
bet,

bet, sitaque est in ipso conspectu Ducis; alia propter scabellorum illorum suprema capita, in quibus modo dicet. sibi scribarū principem, unā cum ceteris ministris considerare solitus. Injici porro solent in utramque circiter octingenti globuli sigillatim, qui ex aere val aurichalco confitati sunt argento super inducto. Nam eum mille, & quingenti ferè viii ex gente patricia Comitia frequentare soleant, vel summum sexcenti, globulorum quoque numerus huic numero responderet. Argenteis globulis permiscentur sexaginta inauguri, hoc est, in singulis duas urnis triginta. Quæ vero media est, habet quatuor supraviginti obduetas argento, & triginta sex auto, in universum non plures quam sexaginta. Convocatis igitur comitiis, & in unum coactis, ubi cumli Patrici fedes, quinque suas accepertur, & concilios opportunity conculcari sunt, tunc scribantur princeps ex duabus concionibus propinquiore ascendit, conciones autem sunt ferè in medio concavi modico intervallo bina loca inter se disiecta super alterum gradum subfelliorum elata, quæ adhærent majori lateri lumina nulla habent) & ex editiore loco illo pronunciat omnes

Magi-

Magistratus, qui creandi sunt eadem ipsa die. Si qua lex quoque ferri deberet, eam nominatim non exprimit, sed haec tantum subjicit: & ex legge ferenda sint, quam in rem visu fuerint. His dictis ad tribunal confessum redit, pro que ipso vocat Advocatores Triumviro, Decem-virum Praefectos, Censores, & Auditores cum Veteres, tunc recentiores, & eos omnes sacramento jubet obligari, datus pgo viribus operam, ut leges Comiticiorum omnes obseruentur; In quibus est unicuique loco suo sedendum, neque mutanda subfelia, certum ante tempus: Ne quis alia via, quam decet, ad Magistratus adipescendos aspirare audeat, neque suam operam, & industriam alteri praestare, & alia id genus quam plurima. Exhibito sacramento referrunt idem Magistratus se ad loca tributa, & subinde consurgunt ex Consiliaris tres aetate minus provecta. Inter hos, qui maximus est natus, sessum abit pro media urna: Qui vero minimus est, pro sinistra: Tertius aetate media, pro dextra sedet. Occupant autem hi duo, qui extremitas iacentur, utraque capita illorum subfelliorum, quæ scribarum principi assignata sunt cum aliis ministris. Is porro, qui me-

H 3 dium

dum locum tenet, Consiliarius par-

tem habet scabellum quedam ante

tribunal Duciis obliquis productum,

que capere debet etiam Electores, uti

mo: intelliges. Sortiuntur exinde,

quinam ordines subselliorum ad ur-

nas p̄ius accessori sunt, & quā capite,

& latere simul inchoandum: Quā sit

eo pacto. Demittuntur in urnā quam-

pian globuli argentei coloris numero

decem: Ex his quini sunt insigniti nu-

mberorum notis, ita ut in singulis sin-

gulae notæ reperiatur, ab uno usque

ad quinque: Cuncti tamen habent

hæc eadem verba pariter inscripta. *Ca-*

*put ad Brolium, & latus ad D. Georgij:*

Quini reliqui globuli habent eandem

quidem singuli, singulas numerorum

notas, sed non eadem verba. Nam

loco eorum, que diū sunt, in his

omnibus legitur. *Caput ad Castellum, &*

*latus ad D. Marci.* Sortes inde ducun-

tur, & quicunque globulus sorte ob-

venerit, is docet, à quonam ordine

subselliorum sit faciendum initium,

& simil etiam à quonam capite,

atque latero: Nam si globulo appa-

reat, exempli gratiâ, unitas impref-  
fa, & in eodem legatur: *Caput ad*

*Brolium, & latus ad D. Georgij;* Pr-

imum ordinem vocari perspicue intel-

ligitur

DE REPVR. VENET. 119

ligitur, & ab eo capite, & latere autip-

candum est, quod ipsa verba decla-

rant. Tunc autem globulus alter con-

quisitus in urna eximitur, qui primi

sorte ducti socius est, & gestit unitatem

inscripnam unā cum hī verbis: *Ca-*

*put ad Castellum, & latus ad D. Marci.*

Nam cum semel prima subsellia voca-

ta sint, eadem bis accedere minimè

possunt. Postea globulus alter sorte

ducitur, qui proximo, & secundo lo-

co vocata subsellia ostendit. Atque ita

ducere sorte, & vocare pergunt, quoad

Electorum numerus absolutus fuerit.

Illud autem in primis est animadver-

tendum, quodocunque fors ad aliqua

subsellia pervenerit, non simplicem,

sed duplicem advocari ordinem. Si

quidem conflati unum ex binis admis-

nui superius, qui denis globulis in-

scripti appellantur latera. Progrediuntur

ergo Patrii in suo quisque ordine

ad alteram ex duabus extremis urnis,

que sibi responder, & injecta manu

globulum educit, qui si non fuerit au-

ro, sed argento obductus, parata est

ad urnæ basim alia quedam, in quam

dimitetur ab eo, cui fors non proce-  
dit, atque ad pristinum locum illico

reditur. Sin autem auratum globulum

quis sortitus fuerit, tradit in manus

H 4

Con-

DE DONAT. IANNO.

Consiliario propter urnam sedenti, & ad urnam in medio istam continuo pergit, unde etiam globulum deponit, qui si contigerit ex argento, posteaquam exhibuerit eum Consiliario, qui in medio sedet, infecta re itidem festinat ad locum suum. Sin autem ex auro; recognosit in manus sumptum Consiliarius, & Patricius ille tunc habetur in numero Electorum, atque in primo ordine, qui sedere jubetur in scabello, quod ante Ducas tribunum oblique diximus protendi, converso ramen ad ipsum Ducem obtutus, idque ex ea causa, ne quis illi se commendare mutu valeat, aut alia quacunque studii significatione. Prater hanc autem unus ex iis, qui sunt à secretis, alta voce pronunciat Electoris nomen, ut intelligent omnes, qui sunt ex eadem familia, unum ex ipsis in Electorum numero jam esse; fratres etiam uxoris, sacer, & tororii, & qui excludi solent per eundem à soritione, sive ut apud vos dicitur, interdictum habent. Sedet Elector, & exterius dinceps quoad omnes Electores creati fuerint, & in sedendo principem locum tenet is, qui major est natu. Quod si fortè contigerit in primo ordine creando, ut ex eadem familia bini sortiantur; qui posterior

DE REPVE. VENET. 121  
sterior fuit, in secundum ordinem rejicitur, & alciscitur in ejus locum is, qui proxime succedit, neque amplius ulli Patricio, vel ex eadem familia, vel ex iis affinis, quas recensui, datur ea die fortis ducenti beneficio frui. Siquidem lege cautum est, ut in quatuor ordinibus Electorum, qui simul omnes triginta sex viros complecantur, censeri plures non valente, quam duo ex una familia; neque tamen in codem ordine: sed alter, in altero: Quapropter Electores novem ejusdem ordinis existere debent ex diversis novem familias. His peractis ei, qui fuerit inter Electores minima aetate, defert syngrapham quispiam à secretis, in qua Magistratus omnes ea die creandi ordine suo sunt descripti; Est autem syngrapha sigillo publico munita, ne qua ratione corrumpi possit, & adulterari. Mox Electores dant obstricti juramento fidem, nullos alias à se nominatum iri, quam quos usui reipublice fore arbitrati fuerint, & quā proximum est, egrediuntur ē concilii, & in locum sese recipiunt ipsis contributum. Post hos novem Electores, qui nomine prima manus, hoc est, primi ordinis dominantur, alii novem statim creantur

pro secundo ordine, & eadem ratione deinceps pro tertio, & pro quarto. Singuli vero numero suo completo proficiuntur accepta syngrapha, ut dixi, in fedes constitutas. IO A N. In his omnibus, quæ de cœrandis Electoribus à te sunt dicta, quatuor ex animo meo scrupuli fuerint evelendi. Atque hic primus est. Dixisti modò in duabus extremis urnis recondi solere globulos, ad mille & quingentos, non accuratè quidem calculo subducto, sed quantum visu duxaxat ultimare licet. Fieri potest, opinor, quum ventum est ad ultima subellia, ut non nulli super sint aurati globuli adhuc sorte descendit, neque tamen ex argento tot suppetant, quot accessuris ad sortiendum possint sufficere; Vnde milii videatur fieri, ut quibus omnium postremis accedere contigit, illi non satis æqua conditione sunt, propterea quod facilime duci possunt, ubi cum paucis argenteis, aurati globuli sunt relicti. Quapropter, si quid est à vobis has in re cautum, intelligere cupio. Alter vero scrupulus est: Vtrum aliqua ratione data fuerit opera, ne quis Patricius venire possit ad sortitionem alio subelliorum ordine quam suo. Nam dum revertitur ad sedendum, posset aliquis clan-

DE REPVE. VENET. 123  
clanculum insinuare se in alterum subelliorum ordinem, nondum evocatum. Tertius autem est, an fuerit excogitatum aliquod remedium ad impediendas fraudes in globulis electiendis. Posset enim quipiam tenere conditum in manibus globulum auratum, quem postea similaret sorte ductum esse; Postremò seire cupio, ecquid apud vos intersit auxiliari sortitionem ab uno latere subelliorum magis, quam ab altero. Si quidem vindicetur uno & eodem tempore simul utraque tendere ad sortiendum, cum singula petant urnam, quæ responderet sibi; quæ tamen res in capitibus subelliorum minime procederet. Itaque mihi causam edisteras velim, quæ maiores vestros induxerit, ut statuerent ordinem non inter capita solum, sed & inter latera. TRYPHO. Sapienter queris; à me vero dabitur opera, ut hæc omnia quam paucissimis tibi appeariam. Quod dicitur primo loco scrupulum injiciebat, verum est quicquid autem. Nam plerumque accidit, ut eum iis, qui censentur ordine postremo, multò melius agatur, non semel etiam cum iis, qui postremi sunt in hoc ordine. Sed Consiliariorum ad urnas confidentium partes sunt, ubi sorti-

124 DONAT, IANNO.  
sortitio processit ad ultima subcellia,  
& spectat ad finem, observare, an globuli argentes, & Patricii ad sortes ventuei, pari numero sunt, & si qui defunti, supplere; si qui redundant, eximere. Ne quis autem Patricius accedat ad urnas extra suum ordinem, lex est apud nos, quæ jnbet in eos, qui tubellia permutant, & alio sè transferunt, animadvertis quām graviter, idque ab ipso primo Comitiorum exordio, donec fuerit absoluta creatio tringulae Eleitorum: nam postea liceat omnibus ordinem mutare, & abire quod liber. Solent etiam, ubi subcellia completa sunt, occludi quædam ostiola, quæ sunt in capitibus, neque relaxantur ante quām tempus veniat execundi ad sortes. Insunt hæc ostiola subcellis quibusque, exceptis binis secundum latera majora, quibus quidem ea de canticis non fuerunt imposita, ne ministris, & aliis forent impedimento, quos frequenter oportet concclave ingredi, vel egredi, præcipue vero Patriciis ipsis, qui redundentes à sortitione, ut ad sedendum se referant, per illud spacium transire debent, quod utrinque patet interiectum inter ea subcellia, singuli tamen per suum, hoc est, quod spectat ad suum ordinem; & quoniam possit etiam acci-

DE REPVB. VENET. 125  
accidere (que res mihi nunc primum in mentem venit,) ut Patriciorum aliquis tentaret iterum ad urnas procedere in ordine suo, veluti si qui primo loco progressi sunt, idem reversi minime considerent, sed adiuxti ultimi insisterent; Ea fraus ne locum habere, à majoribus nostris institutum est, ut aliquo ex ministris cogati quidem, sed capitinis rubro integrumento, continentur in redditu postremos singulorum ordinum, eoque modo secessantur à primis ultimi. Quare nullus ex his potest illis se adjungere, atque una reverti ad periculum sortis faciendum. Ut autem nivis fraudis adhiberi queat in globulis auratis supponendis, ita cautum est. Apud nos plura genera sunt ejusmodi globulorum, quæ diffimilia satis apparent pro varietate notarum, quibus impressa sunt, nimis Alphabeti literis; Injacturi porto globulos auratos in urnas ministri, ex unoquoque genere singulas capiunt (sex autem genere fore) & simul omnes in urnam condunt, ut ex ipsis unius aliquis sortito ducatur, cuius nota indicet, ex quo genere globuli eligendi sunt, idque tunc usurpatur, atque in urnas infertur: Hæc autem inspestante Duce, & Cöllariis omnia peraguntur,

guntur, & non alio tempore, quam ubi proximum est ad sortitionem venire. Quamobrem fieri non posset, ut aliquis noverit, qua nota globuli praecipue consignati sint, & ad fraudem struendam hac in re se compareret: nullum quidem possit aliam struere quam secum domo affirre globulum, & praebita specie quasi recens ex urna deponeretur, ostendere palam, quem occulte gestabat in manu. Quapropter exhiberi solent Confiliariis proprieurnas ledentibus, nimirum ut probè inspiciantur, & recognoscantur ab ipsis, utrum prædicti sint testera legitima. Præcis temporibus id in more possumus erat, ut id globuli genus injiceretur, quod Confiliariis, & Duci portulimum placueret. Temporibus nostris tota res permititur fortè. Ultimo loco quartæbas de laterum distinctione. Non semel dixi, quoiescunque ex ordinibus unus accerferetur, duos ordinis advenire subcelliorum, qui dicuntur latera. Nunc quia posset evenire, ut duo ex eadem familia singuli quidem ad suas urnas, & à suo latere, sed pariter uno atque eodem tempore contendarent ad ducendas sortes, ne si forte globulus auratus utriusque simul obveniret, controversia oriretur, uter ad urnam

in medio postram admittendus esset (nam simul ambo non possunt ob commune genus) hac ergò ex causa statuerunt, ut ille priori loco veniat, cuius ordinis, sive lateri lors affuerit, eoque globulum inaugarum quoque sortientem, alter à sortiendo exclusus ad sedendum revertitur; argenteum verò capiente, tunc ad urnam medium admoveat manum, ac tuetur suum locum. Videor mihi cuncta, de quibus ambigere te dixeras, satis explicasse: nisi quid aliud ambiguum superest, instituta persequar. IOAN. Nihil omnino, mi Trypho; persequere ut lubet. TRYPHO. Postea quam Electorum quaterni ordines eo, quo dixi modo creati secesserint, alias post alium in proprias sedes (simil enim arque fuerit ictipletus primus ordo, abit in locum suum conclavi relitto, & deinceps alter creatur, intereaque ille suos Candidatos designat, quemadmodum explicabo) tunc licet ad alia subcellia transire, si velit, patricio cuivis: Si qua verò lex ad Comitia perferenda est, hoc tempus opportunitum habetur, dum magistratum cōpetitores instituantur, & modus talis est. Meministi te credo id, quod ante dixi, ex nostris magistratibus alios esse, qui Candidatos

118 DONAT. IANNO. t.  
tos quatuor ad summum admittant; alios qui non nisi duos: Quoniam verò nunc ex hoc genere, nunc ex illo, interdum etiam ex utroque simul Magistratus creantur: idcirco Electorum ordines plerunque certè quaterni, non nunquam bini tantummodo statuendi sunt. Sed faciamus quaternos ordines constitutos esse. Vbi primus in sede sua collocatus est unoquoque Electorum pro xate capiente locum, unus à secretis nempe is, cuius hæ sunt partes, recitat cunctis audiencibus eas leges, à quibus recederet non licet in Candidatis renunciandis: ex non alia de causa institutæ sunt, quam ut renuntiatio sincera fiat, absque furo, & dolo. Quibus perfectis novem globulos conjicit in urnam distinctos numerorum notis, quas gerunt insculptas. Tunc Electorum unusquisque, sed initio à senioribus ducto, ex urna globulum deponit, qui notat eum magistratum, in quo sibi renunciare Candidatum licet: Oportet enim vel unitatis, vel binarii, vel cujuspam alterius numeri, usq[ue] ad novenarium, de prompto globo notam aliquam impressam fore: Cuicunque igitur Electorum unitas obtingerit, facultas datur eligendi, quem velit in eo magistratu, qui pr' mo loco scriptus

DE RE PVE. VENET. 119  
scriptus occurrit in syngrapha tradita juniori per scribam à secrētis. Dicitur apud nos is Elector primaria vocem, hoc est nominationem, seu nominandum facultatem habere: is qui binarium duxerit, secundam, ac quætra dinceps: Quandocunq[ue] verò creandi sunt undecim Magistratus, qui numerus est omnium maximus, qui creari possunt; ille, qui primum natus est, habet in super decimum; qui verò secundum, idem undecimum. Licet autem Electoribus, quod est observandum, permittare, si velint, inter se Magistratum nomina, quæcunque sors obruit: neque quicquam interest, in nomine primo, an secundo, tertioque loco scriput illud nomen, cuius est permutatione facienda. Et quoniam pro his, quos renunciarint, coguntur ipsi Electores praestare se yades, sive prædes, quos appellare vos consuevitis *Malvadores*, Elector qui cum alio nomen permittavit, nihilominus obligatur, & præs esse debet pro eo, qui renunciatus fuerit ab altero permutante, idque præsentem ubi creantur magistratus, à quibus publica pecunia tractanda est. Quocirca qui permutationem facere insitunt, id oneris habent, ut præstant culpam illorum, quos minime nomi-

130 DONAT. IANNO.

nominariunt. Ergo qui priuum nomen adeptus est, hoc est, cui datum est à forte jus nominandi Candidatum aliquem in primo magistratu, qui ceteris etiam omnibus honestior habetur (nam diversò in honore sunt nostri Magistrarū, & alius alio dignior & prestantior est) quod si contigerit ab eo permutatum fuissè, Elector ille, qui subiit in eundem locum, primas tenet in nominando ex Patriciis, quemcunque libeat: Verumtamen is, qui nominatur ab eo, subiecti debet etiam suffragiis ceterorum omnium, & ex novem, si non plura, saltem sex adeptus, nominationem suam ratam habet: Si quid autem ei numero desit, necessitatis est eidem Electori, ut alterum nominet, & eo forte repulsam ferente, tertium etiam, & quartum, neque unquam desilit, donec aliquis approbus fuerit aliorum judicio. Refertur autem hujus candidati nomen in syngrapham à scriba, qui est à secretis, qui iuppedit illud nomini Magistratus, differteque exprimit dignitatem, si quam modò obtinet, vel alias obtinuit, & a quo fuerit electus, & in quonam ordine. Deinde pergit Elector alter nominare, is qui secundæ nominationis potestatem habet, & qui nominatus,

DE RE PVB. VENET. 131

& electus est, approbatur, & refertur in syngrapham sub magistratu, cuius effectus est candidatus nomine suo scripto. Primi quidem, secundique ordinis prorius eadem est ratio: Sed in tertio, & in quarto variare sepe contingit. Si quando enim creandi sunt Magistratus ex iis, qui tantum duos competitores admittunt, si renunciari solet in primo, & secundo tantum ordine; quo fit ut Electores terii, & quarti, nonnulli facultate eligendi careant, illi nimirum qui globulum duxerint, consignatum ea nota, cui nulla nominatio, sive magistratus respondet. Neque tamen omnino nihil praestiterit Electorem esse, quanquam sors nominandi potestatē minimè tribuerit: Nam cum subire Electorum suffragia debeat, quemadmodum explicatum est, omnes qui nominantur; cedem si non eligendi, ac certè approbandi vel rejiciendi, quoscunque elegerint alii, suppetit facultas. Sicubi verò difficultas oriceretur, & Electores inter se controversarentur, veluti si quis eorum vellat aliquem nominare, de quo ambigeretur, an suffragia ferri omnino possent, tunc ex Advocatoribus unitis, itemque ex Prefectis Decemvirūm eò conferre se debent, ubi

332 DONAT. IANNOT.  
fuerint electores ii, & controversias  
iporum judicare. Per hunc modum  
omnibus candidatis, sive competitio-  
ribus magistratibus electis, non licet  
Electoribus ad Comitia reverti. Darur  
hoc tantummodo Consiliaris, Prece-  
dilis Decem-virum, Advocatoribus,  
& Censoribus, si quando Electores fuer-  
int. Illi porrò scribae, qui singulis ordi-  
nibus satis fuerunt à Secretis, deferunt  
syngraphas ad magnum Cancellarium,  
in quibus ordine descripti sunt magi-  
stratus, infra quoque nomina singulo-  
rum Candidatorum, cum omnibus iis,  
qua adjungi solita dixi. Est autem il-  
lud observandum, cum modò qua-  
tuor, modo duo tantum competito-  
res in singulis magistratibus instituere  
licet, prout vel ab omnibus, vel à  
duobus ordinibus duntaxat, eligi con-  
fuerent, tum pauciores etiam desi-  
gnare posse quam quatuor, aut duos.  
Nam contingere potest, & sagede con-  
tingit, ut plures ordines in unum Can-  
didatum, interdum etiam universi pa-  
riter conspirent; Quod ubi contingit,  
nil obstat, quo minus de ipso suffra-  
gia ferenda sint, quamvis competito-  
res tunc nulli appareant: Videtur enim  
quodammodo ipse sui competitor,  
quatenus à pluribus ordinibus desi-  
gnatur.

DE REPVB. VENET. 333  
gnatur. Sed faciamus in unoquoque  
Magistratu singulos à singulis ordinib-  
us electos fuissè, tunc queri solet,  
utrum aliquo virio laborent sive impe-  
dimento, quod quidem multiplex esse  
potest, aut quia tantum temporis non-  
dum est exactum, quantum opus est  
ad confendum alterum Magistratu-  
m; aut quia publicum munus obicit  
unus ex conjunctis, per quem candida-  
tus aliquis excludatur; aut quia de  
perundis fuit postulatus, atque id ge-  
nus alia, que cum publicis monumen-  
tis cōsignata sint, momento temporis  
eruuntur, atque in lucem veniunt. Si  
quis igitur compertus fuerit ejusmedi-  
virii, illius in suffragiis ferendis ratio  
non habetur; quod si ex cōpetitorib[us]  
qua tuor terni excluderentur, is unus,  
qui relinqueretur, suffragiis impetriri  
non possit, propterea quod competi-  
toribus omnibus carceret; Atque hoc  
in genere documenti cuiusdam loco  
accipere potes; Quicunque ab uno tan-  
tum ordine fuerit designatus, eum nisi  
competitor adsit, nullo modo suffra-  
giorum compotem futurum, ne duni  
magistratus: Quicunque vero saltem  
à duobus ordinibus, etiam si bini com-  
petitores alii non admitterentur, quos  
reliqui bini ordines statuisserent; posse

154 DONAT. IANNOT.  
nihilominus ipsum absque competitō-  
ribus ob eam rationem, quam attuli,  
consequi magistratum, dummodo  
quicquam aliud obtinere non reperi-  
atur. Primarius ergo scriba recitat, &  
percenfer ex scriptio unā cum suis com-  
petitorib⁹, omnes magistratus, eo mo-  
do profluis, atque ordine, quo deferi-  
pos dixi. Mox à capite orfus pronun-  
ciat competitores in primo Magistra-  
tu, qui etiani præstantissimus est; prin-  
cipem verò locum tribuit illi, quem  
exhibuerit primus ordo competitō-  
rem: accedente verò consensu fortè  
alterius ordinis, id etiam exprimitur:  
Ac ne quid ex omnibus his rebus te-  
lacet vel minimum, accipe hoc ex-  
emplum: nam ita principiari solet à  
primario scriba. Andreas Grittus, fuit  
Patavii Prætor, Præde Georgio Cor-  
nelio filio Petri, in ordine primo: In  
secundo, Andreas Grittus fuit Patavii  
Prætor, Dominico Trivisano Præde:  
Atque hoc modo roties repetitur can-  
didati nomen, quot numero sunt or-  
dines, à quibus fuerit nominatus. Re-  
tensis autem omnibus candidatis in  
eo magistratu, non hi tantummodo,  
quorū est res agenda, sed omnes eti-  
am, qui sunt ex eadem familia, vel  
aliqua coniunctione arctiore, invicem

DE REPVB. VENET. 155  
se excludent, è conclavi egraffi preſto-  
lantur alicubi interca, dum feruntur  
ſuffragia. Post eorum diſceſium, Scriba  
magnus alta voce ſimul omnes admo-  
net, humano, divinoque jure prece-  
pum eſſe, ut ei ſuffragentur, quem  
optimum fore ducunt, maximeque è  
republica. Quibus dictis pŕimum can-  
didatum exhibet: Tunc adolescentulī  
quidam, quibus id munus datur, festi-  
nant ad excipienda ſuffragia parvis  
quibusdam lata pilis ex albo lino con-  
fectis. Praferunt autem ſinguli binos  
loculos ligneos inter ſe connexos; pra-  
ſinum, & album; hunc interiorem  
qui favet; illum exteriorem, qui rejicit  
candidatum: Qui ſanè loculi ita fabri-  
cati ſunt, ut nullus queat introſpicie-  
re, & animadvertere, in utrum pila  
deciderit. Et quoniam conclave ipſum  
ſatis latè patet, & vix fieri potest, quin  
aliquid exiftat murmur, candidati no-  
men aliud iterari ſolet, dum colli-  
guntur ſuffragia per eosdem adolescen-  
tulos: Collata verò, arque excepta de-  
feruntur ad tribunal Principis, & que  
propria fune inferuntur in quoddam  
vaculum album; adverſa in alterum  
prasinum: Recensent autem, & enu-  
merant Confiliarii, illa quidem, qui  
ſedent ad dexteram Principis; hæc

I 4 verò,

verò, qui sunt ad finitiram. Ceterum si pauciora fuerint propitia, quām pro dimidia parte suffragiorum, nihil à Candidato potest obtineri; Sin autem plura, nihil prohibet, ideoque referatur in scripta, quot numero suffragia dimidiā partem superaverint. Inter suffragiū numeranda cōpetitores alii, quos scriba magnus pronunciavit, ordine suo periculum faciunt, & qui plura supra dimidiā partem suffragia tulerit, hic superatis competitoribus obtinet Magistratum. Subinde verò per eundem Scribarum principem recitantur nomina competitorum in proximo Magistratu, qui statim foras abeunt, utaque omnes illi, qui per eos à suffragiis arceri solent. Qui verò primi excellerant, denuo ingrediantur. Item prorsus adhibetur ordo in ceteris omnibus. Creatis autem omnibus Magistris, quicunque illos adepti sunt, palam à scriba magno commemorantur jubente coram Censoribus, ut s̄ sitlant, à quibus delatum iuramentum accepturi sunt, nihil eos faciūt contra quām leges prisciant, causā Magistratus. Post hęc dimittuntur Comitia. Sed illud certè nullo modo est prætermittendum, si contingat, ut nullus candidatus exuperet dimidiā

DE REPVB. VENET. 177  
diam partem suffragiorum in universis Magistris, ea dia nihil omnino gestum, & creatum fuiss, cum omnes pariter exciderint à sua petitione. Quoniam verò Comitia ultra solis occiduum producere, & concinuare minimè licet, antiquissima lex jubet, ubi ad vesperas, ut eorum tantum nomina commemorarentur, qui Magistris ad p̄ti sunt n̄que ad illud tempus: Si qui verò suffragia nondum subserunt, eorum non habenda est ratio: quid sit, ut minimè frui possint eo beneficio, quod propter nominationem Eleitorum consequi fuerant: Siquidem proximis Comitiis alii competitorē denuo instituuntur. Hoc si nodi creandorum Magistratum apud nos est ratio, in qua commemoranda certē fui longior, nequid fortasse prætermitterem, quin ibi explicarem: neque tamen scio, an adhuc meæ voluntati atque studio satis hac in re fecerim. Ex eo plane intelligam, ubi rem sic explicatam, & exploratam habueris, ut nullus amplius relinquatur dubitandi locus. IOAN. Quāmis accuratè satis hanc rationem perscutitus fueris, duo tamen adhuc mihi restant, quæ intelligere cupio; Primum, qua de causa scribarum princeps, ubi no-

men candidati alicuius edit, simul etiam recensat honores, si quos olim obtinuit: Deinde cur Electoris quoque nomem referat. TRYPHO. Paucissima functa, de quibus nunc queris. Vnde cum nomine candidati percensentur ea munera, qua superioribus temporibus eidem mandata sunt, ad conciliandam maiorem benevolentiam, & gratiam, ut apparet eo, quod nunc petis, non indignus es, qui fuerit alio Magistratu aliis dignus habitus. Fortasse quoque ob diversam causam: Nam fieri potuit, ut in obedientia, & administranda superiori provincia talem se non praestiterit, ut praetens merito deferenda illi videatur. Quare non aliam ob causam recenserent honores atque dignitates, quibus ii sunt perfunditi, nisi ut renovata memoria rerum gestarum, facilius judicari possit, an presentes quoque illud committendite sint. Electorum vero nomina simul etiam eduntur, non propter eam rem tantum, quam superius tradidi, nimirum, quod ubi tractandae sunt publica pecunia, it, qui candidatum aliquem approbatione sua laudat, debet pro ipso fidejubere, & peculatum prestare, si quem forte admiserit; verum etiam in cunctis

etis alius Magistratibus, quibus nulla pecunia cura est, facile uniusquisque intelligere, ac statuere possit, propterea ex bene publico ille, qui nominavit, arbitratus tam virum est republika fore, an vero amicitia, vel alia quacunque privata ratione fuerit adductus, ut eum potius, quam alium nominandum putaret. Et harum quidem singularium rerum eas causas affero, qua vero mihi quam simillimae videntur esse. Meminisse autem debet in universis rebus publicis multa facienda esse, quae cur ita sint, ne probabilis quidem illa potest assignari causa, vel ratio, ne dum planè vera: Quod non iis modò Civitatibus usū venit, in quarum administratione sèpè fuit variatum; sed illis etiam, quæ semper iisdem cum institutis, tum legibus usæ viguerunt. Quanvis enim ea perpetuo manserint, & maneant, nimia certè veritas obliteravit rationes, quibus adinventa, primùmque usurpara sunt. Quare nihil est, quod mīrum tibi videatur, si quid audisti à me, vel fortasse audies, cuius afferre causam nullam ipse possum. IOAN. Recte, prudenterque: Ego vero quicquam non requiro, nisi quod investigari, & cognosci valeat. Cedo mihi nunc quæsto,

fo, licetne quibuscumque contigerit  
Electoribus esse, competitores quoque  
sint atque nominari, vel ab aliis, vel  
ferebantur a seipuis. TRYPHO. Utrum  
que pariter hoc; ideoque scribarum  
princeps, ubi nomen aliquius occurrit,  
qui se ipsum nominaret, & competito-  
rem statuerit, ad hunc modum pro-  
nuntiat. Andreas Grittus in ordine  
primo, ex semet ipso renunciatus,  
hisque cetera adjungit. Neque vero  
alienum est ab usuritate, ut qui alios,  
semel ipsi quoque nominare valeat,  
ubi spes fuerit adipiscendi Magistratus.  
IOAN. Si recte memini, nondum  
edisseruisti, quis Patriciorum nume-  
rus necessarius sit habendi Comitis.  
TRYPHO. Recte mones; neque vero  
mihi potuisset id in mentem incurre-  
re, nisi modo inseculum fuisset ex hac  
voce tua. Que res manebat ostendit,  
quanti referat in hujusmodi sermoni-  
bus interrogantis prudentia. Dico igitur  
nullum certum numerum definitum esse,  
qui convenire debeat ad Ma-  
gistratus instituendos: Vix tamen un-  
quam contingere, quin conclave re-  
fertum sit maxima frequentia: Sed  
tamen ubi res alia transigenda foret,  
ut pura novae leges ferendae, aut habitis  
deliberationes aliquae sancienda, qui-

DE REPUB. VENET. 121  
bus de rebus infra commodius, nihil  
ex ipsis omnino confici peragique  
potest, nisi Comitiis interfuerint sal-  
tem Patrici sexcenti. Quid etiam nisi  
quatuor e Consiliariis presentes fue-  
rint, nec Magistratus creare, nec aliud  
quicquam tradare, & perficere da-  
tur. IOAN. Haec tota Magistratum  
creandorum explicata ratio, potestne  
aliqua fraude adhibita depravari, &  
corrumphi, ita ut opes, & gratia, cetera  
ra que hujusmodi, praeter fas alieni pa-  
refaciant aditum ad Magistratus? TRY-  
PHO. Quid tibi velis, intelligo: Sed  
quoniam hic non est locus, respon-  
sum differam. Plana res fiet, cum de  
Censoribus erit sermo. Quamobrem  
si nihil amplius restat, quod de Co-  
mitiis majorib⁹ intelligere cupias, per-  
functi erimus hac laboris parte. Nam  
de præcipuis quibusdam, & singula-  
ribus rebus, que ad ipsa quoq; Comitia  
spectare solent, agendum nobis fuerit  
magis opportuno loco. Ab hac igitur  
nostræ Republicæ basi, sive funda-  
mento facta, veluti gradu concende-  
mus, si liber, ad Rogatorum Conci-  
lium, hoc est ad Senatum, qui Comi-  
tia proxime consequitur, ut superius  
dixi. IOAN. Quandoquidem ea, que  
ad Comitia facere videbantur, expli-  
cata

cata sunt omnia, per me non stat, quo minus ad enarrationem proximam accedas, quandoconque liberat. Satis enim mihi à te factum cumulatissimum intelligo, neque verò mihi amplius quicquam in mentei venit, quod enucleari percunctando velim. T E X T H O . Concilium Rogatorum, paulo ante ut insruavi, est unum è potissimum nostra re publica membris, qua quatuor esse dicebam, nempe Majora Comitia, Rogatorum Concilium, Collegium, & Ducem: Agit enim, atque deliberat de omnibus gravissimis rebus. Constabat autem antiquis temporibus è Senatoribus tantum sexaginta: coepit est addere postea nunc viginti, nunc viginti quinque, quoad postremò tandem sancitum fuit, ut ad illos sexaginta totidem accederent, Præbuit, opinor, accessionis facienda causam magnitudo, & frequensia negotiorum, que temporibus illis acciderunt, quibus lex est perlata, ut in deliberando singula eò magis excuterentur, quo consultationibus plures darent operam, quemadmodum factum compertimus, ubi Creta defecit, Laurentio Celsῳ Duce quinquagesimo octavo. Siquidem viri ex ordine Patricio viginti quinque Senatoribus aliis tunc adjuncti

D E R E P V A . V E N E T . 143  
adjuncti sunt: & non multò antea Ioanne Delphino Principe totidem fuerant aucti in eundem ordinem, sancti pacis ergò cum Pannoniæ Rege. Bello deinde Paravino, & non fémel aliás constat, idem factum fuisse varias ob causas, atque ita consuetudo tandem obtinuit, ut viginti quotannis cooptarentur. Autus in duplum numerus tempore Michaëlis Sceni, qui fuit in ordine Ducum sexagesimus tertius: Ad extreum verò Francisco Foscari Principe crevit idem Adjunctorum numerus usq; ad sexaginta; Velix autem scias, non plures ex una familia quam tres omnino inter sexaginta veteres Senatores locum habere possè: inter Adjunctos quoque duos; aliquando tres, si modo bini duntaxat fuerint in veterum numero. Atque ita complectitur Rogatorum Concilium hos centum, & viginti viros, quos commemoravi, propterea verò non nullos magistratus; immò quedam alia concilia, sed non eodem jure. Sunt enim qui facultatem habent ferendi suffragium, quod vos appellare confuelitis (*Rendere il partito,*) sunt etiam, quibus hoc non licet, sed honoris gratiā datur interesse tantum, ut quæ geruntur in republ. intelligere valent.

leant. Hi verò sunt, qui Senatum ingrediuntur cum ipso jure suffragii. Dux, tres Consiliarii, qui dicuntur inferiores, & duo Cenfore, qui poliquam abierant è Magistratu, tunc obtinere solèt jus ferendi suffragii. Tres viri, qui præsunt actis per Supracastigationes, nam hi jurisdictione confecta venient in Senatum naëti jura suffragiorum ad quoddam tempus. Accedunt his trii publicorum vestigalium custodes, qui reddituum Gubernatores vocantur. Tres quoque rei frumentarii prefetti, quatuor lari procurando, tres urbani Questores, tres, qui veteribus rationibus præsunt inspiciendis, totidem, qui recentioribus. Tres Adiles viarum, tres Navalii præfetti, tres Questoribus praepositi, tres Magistratibus Decem, tres fisci Recuperatores. Quibus autem in Senatum venire licet, sed ab aliis jure suffragii, sunt omnes hi, Collegium sapientum, Trium. viri aquis custodiendis, Concilium decem sapientum, Trium. viri valetudini revende, Trium. viri vestigalibus, Magistratus is, qui mercibus advehendis preest ex Alexandria, tres viri, ex Damasco duodecim, ex Londono totidem. Omnes hi, quos recentiori, in unum collecti apud nos constituant Senatum,

DE REPVB. VENET. 145  
sive Rogatorum Concilium. IOAN.  
Eller mihi multum in operatis ali-  
quid intelligere de his Magistrati-  
bus, modò id opportunum tibi videa-  
tur. TRYPHO. Mihi constitutum est  
nihil de his dicere, propterea quod ni-  
hil ad rem faciunt: intendimus enim  
ea commemorare tantummodo, que  
spectare possunt ad constitutionem  
universae reipublice. Itaque ut propo-  
sitæ narrationi insistam, Concilium  
Rogatorum ob id nominatur; quia  
principis illis temporibus, ut plerique re-  
ferunt, à publicis ministris convoca-  
bantur Patrici, & quodammodo ro-  
gabantur, ut accedere vellent ad con-  
sultationes, & deliberationes publicis  
de rebus. Creantur autem Rogati,  
sive Senatores, nimirum illi priores  
sexaginta, quibus hæc appellatio com-  
petit potissimum, eodem modo, quo  
Magistratus omnes in Comitiis solent,  
& seni quidem singulis diebus, verùm  
capto tam mature tempore, ut ante  
Kalend. Octobris omnes sint crea-  
ti; qua die Magistratum ineunt. Ce-  
teri sexaginta, qui dicuntur Adju-  
sti, uno eodemque tempore cùm in  
Comitiis tūm in Senatu creari solent  
anni vertentis, idque fit hoc pacto.  
Tertio Kal. Octobris, qui dies Beati

K. Michaë-

Michaëlis Archangeli memoriae consecratus est, cogitur, qui tunc est Senator, & integrum est cuique, modo jus suffragiorum obtineat, nominare quem velit inter Adjunctos referri. Porro nominati omnes scripto mandantur: Proxima die Comitia majora indicuntur, & unus ex iis, qui sunt à secretis, cunctorum nomina publicè recitat è scripto, & in urnam conjicit, unde singula forte ducit ordine continuo, pro quibus itur in suffragia, & quicunque superaverit dimidiā partem, ille novo Senatori adjungendus erit. IOAN. Nōne possit accidere, ut reliqui repulsam ferrent ex iis, qui nominati sunt, ita ut ad complendum sexaginta Adjunctorum numerum non nihil deescat? TRYPHO. Possit, ramenta rarissimè; Tunc autem ii Senatorē, qui desiderantur, (semper enim paucissimi sunt) eodem modo subrogantur proximis Comitiis, neque solet aliter fieri, si quando priores illi sexaginta, quorū præcipua est autoritas, intra tempus approbati omnes non fuissent. Sed ut redēant⁹ ad ipsam rem; Quicunque sunt hujus Concilii participes effecti, cæteri Magistratus nihil interesset, quo tempore sint renunciati. Ineuntibus enim novis Senatoribus annu-

annumerari debent, quotquot versantur in iis muneribus, quæ modò commemoravī, & dum jurisdictionem suam ..... quandiu jurisdictionem minime absolverint. Et ramenta absoluta, priuilegium Senatorē annū suū conficiant, statim locum relinquunt successoribus, qui simulatque approbati fuerint, veniunt in Senatum. Consuevit etiam difficillimo reipublicæ tempore facere copiam Senatorū aliquor Patriciis, qui publici arari inopiam sublevare voluerint privato suo censu, nimirum mutuando certo pecuniae numero per leges definito, qua tempus etiam constitunt, quo licet eo munere honorario frui, ne si fortasse solutio anticiparetur, amittere collatum beneficium intempestivè cogantur: Verum quandiu pecuniae restitutio facienda differtur, tamdiu nullus excludi debet à Senatu, idque perpetuò solempne est. Nunquam tamen illis communicantur jura suffragii, sed tantum patet aditus in Senatum, in quo nullam reipublicæ præstant aliam operam, nisi quod publicis negotiis vacant intelligendis, atque illis perturbationibus audiendis, quæ in hominibus continenter excitari solent. Hæc autem consuetudo, si non

148 DONAT. IANNOT.  
omnino saltem aliqua ratione videtur  
nō improbanda, quod iude non unam  
fructum publica res capiat. Nam pra-  
ter illud, quod civium pecunias uitio,  
hoc etiam pariter conficit, ut junio-  
res (nam ejusmodi plerique sunt)  
mature sibi ulimi rerum comparare  
queant, & ad summam virtutem tem-  
pessivē proficeret, quod certe quām ex-  
pediat reipublicā, nullus non intelli-  
git. Convocari poterit Senatus, habe-  
rius solet, quotiescumque Collegium  
censuerit, prout inferius exponit:  
Magistris etiam, & Advocatoribus  
datur; his, cum de re quapiam ad  
ipsum relatur sunt: illis, cum legem  
aliquam fancire voluerint, & quoties-  
cumque Senatores convenire debent;  
tē campano semper id significatur;  
attamen etiam per publicos precomes,  
seu viatores accessiri solent. Enim  
verò capere aliquid neutram in par-  
tem licet: ita enim nos loquimur;  
hoc est decerni, & fanciri nihil omninō  
potest, nisi quatuor saltem Consi-  
liarii fuerint in Senatu, & ex omni-  
bus Senatoribus, quibus est jus fore-  
di suffragii, ad minus sexaginta: Sed  
vix unquam accidit, quin multo ma-  
jor sit frequentia. Agitur in Senatu  
de maximis & gravissimis quibusque  
nego-

DE REPV. VENET. 149  
negociis universitate reipublicae, consulta-  
tur, & deliberatur de pace, de bello,  
de induciis, de fœderibus, de rationi-  
bus comparanda pecunia ad ultimū  
reipublicā; sed hęc omnia quomodo  
tractentur, exp̄ressè parebunt, ubi  
sermo nobis erit de Collegio. Leges  
quoque approbatæ sanctiuntur ab hoc  
ipso Senatu, de quibus primū cognoscit  
ille Magistratus, ad quem pertinet  
ea res, cuius causa lex est jubenda, mox  
Collegium adit, atque ostendit ejus-  
dem legis, vel utilitatem, vel necessi-  
tatem: Approbatæ Collegio tūm de-  
mum fertur ad Senatum, à quo nisi  
laudata fuerit, rata non habetur. San-  
cta verò praecoris voce promulgatur,  
à quo tempore omnes cā tenentur, &  
suscipit hanc curam Magistratus, qui  
fuit legis autor. Hoc modo Triumviri,  
qui nomen habent à pompa, pro-  
prietæ quod est eorum munus prop̄p-  
tere, in vic̄u & vestitu modesta qua-  
dam parsimonia ut adhibeatur, non  
ita pridem novas leges condiderunt  
his ipsis de rebus, quæ postea sunt ap-  
probatae à Senatu, & palam edicta,  
næque nunc ulli ab earum observatio-  
ne discedere licet. Quanquam à nobis  
interdum dari soler opera, ut non mo-  
dō in Senatu, sed etiam in majoribus

Comitiis nonnullæ leges sciscantur: id opinor, est in arbitrio positum Magistratus, à quo lex fertur, & non alia de causa procurari existimo, quā ut accedat eidem legi major quedam autoritas. Ita Censores paucis ab hinc mensibus, qui Magistratus recens institutus est ad ambitionem Candidatorum nimiam coēcendam, jūserunt eam legem, ne quis congratularetur cuiquam Magistratum adeptu. Quia lex à Patribus comprobata maximo consensu, multò major etiam in Comitiis stabilita est, atque hoc tempore observata quām accuratissimè viget. Præter hæc autem pertinet ad Senatum, sive Rogatorum Concilium imperatoris electio, qui classi præst, ubi aliquod bellum mari gerendum est, & legati optio, si forte belli terrestris periculi imminet: pertinet etiam creatio trium Magistratum, quos communī vocabulo sapientes appellamus, sed alios maximos, alios à continent, postremos omnium à mari: faciam brevi, ut hæc omnia planissimè intelligas. Modus eligendi, quos percensui omnes, talis est. Senatorum cuique datur nominare, quem liber, & pro singulis nominatis colliguntur suffragia, cui verò plura contingit

supra

supra dimidiam partem, hūc munus defertur. Sed quia non semel evenire solet, ut qui plurimorū judicio aptissimus habetur, nihil oneris sustinere velit: exempli gratiâ, legati partes in exercitu, quin immo se moleſtissime latetur significet, si quis autor esse velit ejus sententia; propterea certa quedam ratio fuit à nostris inita, ut officionis incurrandæ nullo periculo posset hic vir à Senatoribus nominari, neque res ipsa publica fraudaret eo fructu, quem percipere meritò deberet è sui civis virtute. Iubentur ergo singuli Senatores in parvo quodam chirographo nomen illius scribere, cuius industria munus id committendum existimat. Collecta in unum chirographia reponuntur in urna, & singulatim per scribam magnum educuntur, & nomina descriptorum omnia publicè recitantur, & pro singulis ordine itur in suffragia, & in quemcunq; magis ea propenderint supra dimidiam partem, in eundem conferunt eam curam, & administrationem. Ceterum quando preficitur imperator classi, quinquis à Senatu designatus fuerit eo modo, quem dixi, postea debet etiam in Comitiis subire suffragia competitoribus attributis per quatuor Electorum ordinates

K 4 dines

152 BONAT. IANNOT.  
dines, ut explicatum est supra; munus  
autem imperatorum ei mandari sol-  
let, qui plura suffragia consecutus est,  
modo non infra dimidiam partem.  
Consultatii tandem atque Censores  
partim creantur in Senatu, partim in  
Comitiis; cum per ventum eo fuerit,  
modum explicabo. Sunt enim qua-  
dam, quae nunc exponere, neque licet,  
neque expedit, cum magis pendent  
ab iis, quae tradenda sunt, quam ab iis,  
quaे sunt tradita. Quoniam verò cu-  
mulate fatis edilicemus, quisquid  
spectare videtur ad autoritatem Ro-  
gatorum, five Senatus, reliqua profe-  
quenda fuerint, nisi prius aliquid oc-  
currat, de quo percunctari velis.

IOAN. Hoc unum modo. Dixisti  
Senatores Kal. Octobris ingredi solitos  
ad capessendam rem publicam. Est ne  
aliqua ratio, cur hoc posius, quām alio  
tempore soleant autoplicari? TRY-  
PHO. Unicam tantum rationem af-  
ferre possumus hujus rei, de qua nunc  
tu queris, bella per testatem geri solita  
superioribus exercitibus: nunc enim  
quemadmodum est videre, miles tam  
hyeme, quam zelata continetur in ca-  
stris: idecirò imminentे hyeme Sena-  
tus publicam administrationem susci-  
piebat, ut testate proxima; deinde cum

flagra-

DE REPVB. VENET. 153  
flagraret bellum, satis instrudus esset  
cum à notitia, tūm ab usu rerum ge-  
rendarum: Nam si alio tempore, ut  
puta testate in eunte, ad rempub. admi-  
nistrandam ingredierentur ii, qui suc-  
cedere veteribus Senatoribus debent,  
incurrent in principi belli, nulla  
prædicti scientia, nulloque usu rerum,  
& fortasse non bene deliberando ma-  
gnum aliquod detrimentum importa-  
rent ipsi reipublica. Hac, opinor, de  
causa majores nostri temporis id po-  
tissimum statuerunt. IOAN. Adhuc  
mihi duo subeunt in mentem qua-  
renda. Primum, An qui fuerit in Se-  
natū per annum, five inter sexaginta  
primarios lectus, five inter Adjunctos,  
idem proximo & in sequenti anno  
possit eriam esse. Alterum, Quomodo  
soleant in Senatu excipi suffragia.

TRYPHO. Quod attinet ad pri-  
mum, scire debes, nullam à munere Se-  
natori vacationem necessariò requiri,  
& ideo non modò in annum proxim-  
um, sed etiam in tertium, & quartum,  
continereturque deinceps proro-  
gari posse, nullo discrimine inter pri-  
marios, & inter Adjunctos. Quisnam  
verò modus sit excipiendi suffragia,  
opportuno ac suo loco faciam, ut in-  
tellegas. IOAN. Igitur perge, quemad-  
K 5 modum

modum instituiti. TRYPHO. Excipitur Senatus ab eo, quod nominamus Collegium, estque veluti tertium membrum in nostra republica, & maxima cum honestate, tum autoritate: Constat autem praeceps tribus, ex his magistratibus, qui sapientes appellantur, aut Maximis rebus, aut Continenti, aut Mari praefecti, numeroque sunt sexdecim, primi quidem generis sex, ceterorum quinque singulatim: Accedunt his una cum ipso Princeps Consiliarii, tresque Praesides xl virum, proptereaque hi reipublicæ majestatem sustinent. Porro sapientes mari, qui vocari etiam solent, sapientes ordinibus, tractant ea negotia, quæ spectant ad res maritimas quacunque ratione, non modo belli, vel pacis. Sapientes vero continenti prospicere debent rei bellicæ & militiae terrestri, nec non etiam paci. Horum præcipue partes sunt, eos omnes, qui reipublicæ stipendia mereantur, in albo recensitos habere, & curam ipsorum gerre. Ceterum ii, qui sive sapientes maximis rebus, universa procurant, & domi & foris, idemque potissimum incumbit cura omnis pacis & belli, scribendi ad Principes, nec non respondendi, tandemque consulendi, & administrandi

omnes

DE REPVB. VENET. 155  
 omnes partes reipublicæ: superioribus temporibus, quod prætermittendum non est, suprema quidem autoritas horum sapientum complectebatur universam administrationem ceterorum omnium, qui tamen attingere non poterant ea, quæ ipsi administrabant. Quare licebat maximis sapientibus agere cuncta negotia militiae terrestris, adhibitis tamen sapientibus continenti, quibus eodem modo jus erat adiungere sepe mari sapientibus, & unam cum ipsis res maritimas pertractare, ita ut qui maximis rebus sapientes essent, iidem quoque praefecti haberentur tam continenti, quam mari. Sapientes autem continenti, maris etiam procurationem suscepserunt, & præterea aliud nihil. Temporibus nostris nonnihil variatum est in hac rerum administrandarum ratione paucis ab hinc annis. Nam continenti sapientes publica lege redditii sunt æquales sapientibus maximis, quod quidem spectat ad rerum administrationem. Iurisdictio, & facultas tantummodo sapientum mari permanet iidem limitibus circumscripta, quibus erat prius. Existere quidem initio non nisi sapientes maximis rebus; sed aucta republica & amplificato mari imperio cum

publis

156 DONAT. IANNO. publica negotia permultum incre-  
menti accepiterunt, necesse fuit creare  
alios sapientes, quibus cura maris poti-  
ssima mandaretur. Idem omnino  
contigit, ubi propagari expta est in  
continenti respublica, ut opus huic  
etiam esset praeficere alios sapientes,  
quod quidem factum est eo tempore,  
quo primum Taurium in nostram di-  
tionem cessit. Ceterorum sapientum  
primordia originis nescio: quanquam  
majori existimatione, atque dignitate  
primis temporibus tuere sapientes ma-  
ri, quam continenti. Sed paro jam  
imperio terrestri, nostrocumque ani-  
mis ac studiis ad continentem con-  
versis, illi jaucturam fecerunt fuz digni-  
tatis, hi vero compotes facti sunt am-  
plioris multo. Sapientes omnes eligi  
solent in senatu non alio modo, quam  
Legatus copiarum terrestrium, quam  
rem expoliimus. Verum te non su-  
gat, maximis rebus sapientem quem  
quam non optari, quin proiecta jam  
sit etate, maximaque virtute: Sapien-  
tes quoque continenti licet non ea-  
dem, magna tamen in existimatione  
versari, atque dignitate; multo qui-  
dem in minori sapientes mari, qui Ma-  
gistratus hoc tempore nulli fecerunt  
ulii, nisi quod exercitationis junio-  
ribus

DE REPVB. VENET. 157  
ribus praebet opportunitatem: Nam si  
de aliqua re graviori est deliberan-  
dum, prelo sunt alii sapientes conti-  
nenti, & maximis rebus. Commune  
id habent hi singuli Magistratus, ut  
ellegant singulos Praesides, & praefi-  
cient sibi, quorum munus durare so-  
let ad septimum usque diem, quo tem-  
pore elapsi succeditur. Refert is ad  
Collegium, atque commemorat quæ-  
cunque agenda spectant ad suum Ma-  
gistratum. Res autem hoc modo per-  
agitur. Collegium quoridic coit horis  
post ortum solis circiter duabus: me-  
minisse autem debes in nomen collegii  
venire non modò tres Magistratus hos  
sapientum, quos diximus, verum etiam  
Principem, & Consiliarios, nec non  
tres Praesides Quadragesima virum, qui  
quoniam ipsius reipublicæ majestatem  
referunt, appellatione Dominatus a-  
pud nos donantur, neque vejo minus  
in collegium adhiberi solent, quam in  
concilium Rogatorum, Decemvirum,  
majoraque in comitia, ut nihil plane  
sit agendum sine ipsorum praesentia.  
Habet sanè Dux unà cum suis Consili-  
ariis speciem quandam Regis, qui  
licet singulis Magistratus negotia  
tribuat, ipse tamen adesse velit dum  
pertractantur, ejus tamen praesentia  
non

non efficit, quin ea penes illos sint, quorum arbitrio praeципue committi fuerint. Sic etiam tres ii Magistratus, qui sapientes dicuntur, quanquam suis de rebus consultant coram ipso Principe, coramque tum Consiliaris, tum quadraginta virum Praesidibus, nihilominus ea cura ipsius praeципue incumbit. Convocato igitur collegio recitari solent omnes litterae ab eo tempore latr., quo fuit proxime concessum; audiuntur quoque oratores Principum, si qui audiri postulant, trelque illi sapientum ordines ea tractant, quae proprii sunt muneris, moventibus, & referentibus Praesidibus suis. Quod si aliqua deliberatio capienda sit de gravioribus rebus, quae sapientum maximorum operam, & consilium expostulant, aut etiam sapientum, qui curant res continentis, postulant excludi sapientes marit., qui tamen his consultationibus interesset nulloquam prohibentur, nisi forte quid nimium referat, & magnopere urgeat: cetera tantum audire debent, & in silentio versari: quod si velint aliquando sententiam dicere, nulla est ejus habenda ratio, dum ad Senatum refertur, quemadmodum ceterorum sapientum, & eorum, qui praesident quadraginta-

virali Collegio, Consiliariorum quoque Principis haberi solet. Atque ut aliquo exemplo hujuscem administrationis rationem totam accipias, faciamus aliquid esse deliberandum illis de rebus, quae pertinent ad sapientes mari. Aggregiuntur hi sane ad rem administrandam, sed prohibere non possunt, quin ceteri sapientes, si velint, omnibus intersint. Versantur igitur in ipsa consultatione; sed quid sentiant, expondere non ipsis tantum, verum etiam omnibus, qui sunt e collegio, datur. Prout autem vel omnes in eadem, vel alii sive in alia sententia: sic etiam vel una, vel singulatim ad Senatum referunt: licet enim singulis cum sapientibus, tum Consiliaris, multoque magis ipsi Principi, cum discentit ab aliis, separatim ab ipsis rem quamlibet ad Senatum deferre. Cuncte porro sententiae una cum autoris sui nomine per eum, qui est a secretis, mandatur scripto; cumque nihil omnino sit deliberandum, quod quidem spectat ad publicam administrationem, absque consilio & approbatione Senatus, eo convocato accedunt ii Magistratus, sententias omnes descriptas secum deferentes, quas hoc ordine exponunt. Si quidem plures,

non

160 DONAT. IANNOT.  
non una fuerint ( ponamus autem  
quatuore) simul omnes proposun-  
tur, sed primo loco ea , cuius est autem  
praeclarissimus Magistratus. Nam  
qua proficitur à Duce , vel Con-  
filiarii , ea ceteris omnibus antefen-  
debet : si qua itidem à maximis sa-  
pientibus , prius est recitanda , quām  
qua promanat à sapientibus conti-  
nenti , qui praecedunt eodem modo  
sapientes avari. Si vero inter se non  
conveniunt hi singuli ordines , sed in  
eodem plures sententiae fuerint ipsa de-  
re , que suam administrationem at-  
tingit , illius sententia principem lo-  
cum habet , qui præcellere inter col-  
legas existimatur. Posteaquam vero  
de universis relatum est , si quis è nu-  
mero sapientum velic contradicere ,  
nullus è Senatoribus potest antever-  
tere , primæ vero partes concedenda  
semper sunt ei , qui præminet auto-  
ritate , atque honore inter sapientes .  
Deinde vero potestas fit cunctis Sena-  
toribus oppugnandi , quicquid libuerit  
ex iis sententiis. Vbi vero satis accu-  
ratè disputatum est , singulaque mo-  
menta rationum instauritus expensa  
colliguntur suffragia pro cunctis simul  
ad hunc modum. Si quatuor senten-  
tiae fuerint , ut esse possumus , quatuor

yid

DE REPVB. VENET. 161  
viri à Secretis prodeunt albo colore  
singuli gestantes loculum , p̄q manibus  
succedit aliis à Secretis , unā cum pra-  
fino , postremo loco venit rubrum ,  
qui prætentit. E quatuor illis , qui te-  
nent loculos albos , primus alta voce  
pronunciat autoris nomen , qui sen-  
tentiam attulerit primo loco exposi-  
tam : alter secundi autoris , proximus  
tertii , & postremus quarti. Por-  
rò Senatores ipsi , in quemcunque lo-  
culum maluerit quifq; pro ea sententia ,  
quam laudant , suffragia sua conferunt .  
Si quis est forte , qui cūctas pariter im-  
proberet , is prasinum ad manus habet .  
Si cui nondum liques , tantisper expe-  
standum est , donec ad extremum ru-  
ber circumferatur , qui loculus appella-  
tur à nobis , non sincerorum , hoc est  
illorum , qui neque damnant , neque  
probant ullam è sententiis. Collecta ad  
hunc modum suffragia postea nume-  
rantur , & cui plura delata propitia fue-  
rint , ita tamen ut superent dimidiā  
partem , et demum sententia firma  
cenetur , atque rata , nec insuper opus  
est alia comprobatione. Sin autem di-  
midiā partem nulla supergrediatur ,  
illius , quæ pauciora suffragia tulerit , ra-  
tione non habita , pro reliquis tribus  
iterum feruntur , nec alio certo modo ,

L quām

quam ante, nimirum adhibitis loculis tribus candido colore, una cum prasino, atque rubro. Et si qua plura quam pro dimidia parte tunc adipiscatur, sancita est: Alioquin altera quoqua<sup>m</sup> prætermittitur inferior suffragis, & quæ super sunt, dux tantum admittuntur, de integro binis loculis albis circumlati, nec non prasino, & rubro. Quod si adhuc neutra potuerit alegari numerum definitum, quæ proprius inde abest, referri solet altera reje<sup>c</sup>tare. Quare duntaxat adhibetur unus eleculis albis, non tamen sine prasino de more, atque rubro. Verumtamen si quod alii sententiis, id huic etiam contingit, ut nequeat attingere, aut superare dimidia suffragia, quod quidem accidit, ubi pauciora conferuntur in album, plura in alios duos loculos, nulla ex propositionis sententiis approbationem habet, unde sit, ut nova consultatione, atq; relatione sit opus, cum res agitur admodum necessaria. Quod quidem practari potest, vel eadem die, cum ipsis Duci, singulisque Consiliaribus, Præsidibus quoque Quadragesimam, atque sapientibus integrum sit, ut diximus, de omnibus referre: Potest etiam id rejici in alteram diem. Sed profectò vix unquam evenit, quin è

DE REPVB. VENET. 163  
tot sententiis, una tandem non comprobetur: Partes vernaculo sermone has appellare consuevimus: Quare licet utroque vocabulo pro eadem re uti. Si tamen nulla sententia unquam sanciretur, & aliqua deliberatio foret expeditenda, idque res ipsa necessaria tandem postularet, quid fieri soleat à nobis, tunc planius intelliges, quando sermonem habebimus de concilio Decemvirum. Sed illud prætermitti nullo modo debet, ubi primum pro sententiis omnibus simul ineuntur suffragia, si plura quam dimidia comperta fuerint in rubro, quem appellari dixi à nobis loculum minime sincerorum, hoc est eorum, quibus nihil liquer, tunc omnes illas sententias pariter excludi, ita ut pro nulla sit redeundum amplius ad suffragia, sed alia deliberationes instituendæ. IOAN. Quantum quidem ex iis sermonibus colligere potui, mihi videntur hi sapientes autores esse omnium sententiarum, quibus referendis presunt: nec enim alium quemquam video, qui facultatem habeat referendi, sed tantum contradicendi. TRYPHO. Ita est, ut tu dicis. Sed quia fieri potest, ut aliquis sit in numero Senatorum, qui vel consili, vel. commentationis quid habeat in

usum reipublice, quod nulli vel sapientum, vel Consiliariorum in mentem incurrat, is ut fructus minimè pereat, sicutum est, ut communicari ea sententia possit cum quolibet ex iis, qui referendi jus habent, ut in Senatu cum ceteris discutatur. Sed ne ad Senatum feratur aliqua rogatio sine consilio sapientum, & eorum, quos dixi, præter quasdam alias rationes, de quibus alia, id ob eam rem præcipue constitutum est, ut perturbatio vitetur, que nimis foret, si licet uniuersitate sapientianam proferre singulis de rebus. Ad hæc autem verisimile non videtur, ut que prudentissimi, & sapientissimi viris in mentem non veniunt, ex quibus sanè Collegium constat, eadem ab aliis intelligi, & cognosci queant: & quamvis hoc aliquando possit errare, id erit vix unquam, ut meritis suis que deque ferantur, cum præfertim in rebus constituentibus semper minoribus majora commoda sit anteponenda.

I O A N. Id modo supereat, ut intelligam ad suum munus obeundum, quodnam tempus præfinitum sit his tribus ordinibus sapientum, & utrum simul, & eodem tempore cuncti degantur. T R Y P H O. Singulis tempus sex mensium est definitum; non tamen

eodem

eodem tempore omnes eligi solent. Nam qui dicuntur sapientes maximis rebus, ii duobus anni temporibus eliguntur, & terni qualibet vice, sed intervallo trium mensium intercedente; sapientes autem alii contineti, & mari, licet etiam ipsi binis temporibus, parique intervallo, hoc tamen habet discrimen, quod prima vice terni, altera bini designantur. Sicubi verò magna negotiorum mole, & multiplex urgen, adjuncti sapientibus maximis, alii tres accedunt, quos extra ordinem sapientes nominamus. Hæc in hoc toto genere habui tibi cōmemoranda: Quod si præterea nihil requiris, ad reliqua pergam. I O A N. Ve sanè liber: nihil enim amplius intelligere cupio de illis sapientibus. T R Y P H O. Pervenimus tandem ad supremum omnium Magistratum in nostra civitate, quem appellare confuevimus Principem, & Ducem: In hoc, tanquam in summo quodam apice res publica definit, de cuius antiqua origine, & autoritate maxima, qua pollebat præfis illis statibus, & quemadmodum ea postremè temperata fuerit, superius abunde facta, superque egimus. Superfunt igitur hæc duo tantum explicanda, quo pacto videlicet eligitur, & qua modò sit prædi-

L 3

tus

tus autoritate. Atque ut singula probē intelligas, post obitum Ducis statim ingrediuntur Ducarium sex Consiliarii, unā cum tribus Praesidiis Quadrageinta-virū, de quibus dicam inferius. Natu maximus inter Consiliarios Produs appellatur: nam quādam administrat, que sunt ipsius Ducis, cujusmodi est obsignare syngraphas exhiberi solitas iis, qui recens munera suscipiunt. Sed littera, que mituntur ad Magistratum extra urbem, & ad omnes alios, Gubernatorum nomine scribi solent, quibus efferre Ducario pedem non licet, antequam Dux in demortui locum sit suffectus. Occludi solent etiam Ducarif fores, in quibus tam ostiola quādam relinquuntur, per quae tantum patet exitus, atque ingressus: Praesidiū simul, & excubia nonnullæ adfusne potius ad inorem antiquum custodiendum, quām quod sit opus: neque enim civitas magis afficitur in Principis obitu, quām Patrii cuiuslibet, qui privatus egerit: Quo sit, ut immutatum in ipso quicquam non appareat: Et quanquam Magistratus nulli convenient ad ius dicenduni, antequam Dux renuntietur; id habet eam causam, quod Patriis in habenda electione plurimum occu-

occupatis, administrare quicquam ministeriū vacat. Porro Ducalibus vestimentis exornatum cadaver Ducis in eam, quam vocant, aulam Publicorum defiri mandatur, ubi triduum quiescit: bis denjs autem Patriis id munus datur, ut amicti veste coccinea deducant ipsum, & circumsedeant ibidem comorantes, quod munus etiam proximis diebus obire solent. His peractis celebratur funus tam insigni & magnifico apparatu, quām decet amplitudinem tanti Magistratus. Ab exequis altera die Comitia inducuntur, in quibus admontentur omnes à scribarum principe, cum sit initium faciendum creationis Ducis, primo loco quinos Correctores, & ternos inquisidores eligi oportere. Surgit inde Produs, & verba facit ad Concilium, collaudataque plurimū vita, & moribus, nec non administratione Ducis extincti, exhortatur omnes, ut in Principe flattuendo reipublicæ utilitati, atque dignitati inservire studeant. Postea recitari jubentur ex scripto leges, quibus tota ratio continetur Ducis eligendi. Tandemque proflus eodem modo, quo ceteri Magistratus, creantur quinque Correctores, tresque Inquisidores. Horum munus est perquām diligenter inqui-

168 DONAT. IANNOT.  
tere in vitam superioris Duxis, & acta  
univerſa, & obſervare, an diſcellerie  
aliquatenus à præſcripto legum—, &  
eum, ſi quid offenditſi fortale compre-  
hiant, ilicē diſter. Pœna, qua mul-  
ctandus ipſe forer, in hæredes transfer-  
tur, ſed multa pecuniaria rāntum ir-  
rogatur: niiniſ enim à iuſtitia alienum  
eſſet, pro culpa, quā Dux obnoxius pœ-  
na videtur, hæredes nihil tale com-  
mericos acerbiūs pleſti. Eiusmodi qua-  
ſtio ſolē exerceri in Comitiis ipſis,  
quippe que gravissima ducitur propter  
eius perſonę dignitatem. Nihilominus  
etiam poſlet eadem exerceri in Conci-  
lio capitali Quadrageinta-virūm, ut in-  
ferius docebitur. Dux Lauredanus ob-  
iſiguem̄ integratam atque ſapien-  
tianam dignus, ut ejus memoriā cum  
maxima veneratione ab omnibus co-  
latur, tertius annus modò agitur ab  
ejusdem obitu, cum eā ratione, qua  
diximus, condenatus eſt, quod eam  
perfonam ſuſtinuſile minus liberaliter,  
& non ſatis pro dignitate riſpublieſ  
judicatus eſſet. Quare ipius hæredes  
coacti fuſt multatim dependere, qua  
non minor erat aureis quingentis ſu-  
pra mille. Io A n. Videtur hujusmodi  
lex mihi non ſatis æqua, quia rationi  
conſentaneum non eſt; ut eius, in  
quo

DE REPVB. VENET. 169  
quo nihil peccavit, aliquis penas luat.  
TRYPHO. Ita eſt: ſed in hoc genere  
pœnam ſubit nonniſi quod obnoxium  
eſt, ipſe nempe hæreditas multanda,  
quam quičunque adit, ejus nomen pre-  
ſtare debet. Et verò prudentiſimi fue-  
runt illi, qui hanc legem ſciverunt, ex  
qua fit, ut Duces parſant ipſis legibus  
multo attentiuer, quippe quos non fu-  
giant fore, ut hæredes plectantur ipſo-  
rum culpa, quamvis effugerint ipſi  
animadversionem. Sed ad rem, quæſto,  
noſtram, partes Correflorum ſunt vi-  
dere, & animadvertere, an nova lege  
quapiam ſit opus, qua ſit obſtrigen-  
dus is, qui futurus eſt Princeps, & an  
aliquid vitii ſit emendandum, quod  
exitient in administratione demor-  
tui Duxis. Horum gratiā ſtatim ubi  
creati fuerint, ſeſe conſeruant in ſedes  
attributas ipſis, & quoties opus eſt,  
iterant conventionum, donec ea, quæ vel  
immutanda, vel protrifus innovanda  
videantur, habent conſtituta. Que  
certè res expediri nequeunt adeo cele-  
riter, quin triduum aut etiam quartu-  
duum ipſis impendatur. Rebus omni-  
bus diligenter expenſis, aequo animad-  
verſis ſignificant id Consiliarii, & P. e-  
ſidibus Quadrageinta virūm, à quibus  
inducuntur Comitia, more, & loco  
L 5 uſtar-

usitatis. Congregato Concilio accedunt eò quinque Correctores, à quibus referunt de iis, quæ vīa fuerint vel emendanda, vel in mores etiam inducenda, & singula vel approbantur, vel rejiciuntur suffragiis adhibitis: Quia fāne ratione, quicquid opus habet emendatione, statim corrigitur, & si quid erit, quod expediat reipublice promulgatione legis alterius, id facile asciscitur. Postera die Comitia rursus convocantur, quibus, nisi trigeminum annum exegerit, nullus intercessus potest, & opportuno tempore conclusis oīsiis in conclavi numerantur omnes, qui eò convenerint, & in quadam urnam, Pileum, ut jam monui, dictam, sed ex eo genere, quod in summo apice tantum semel est perforatum, dejiciunt aurei globuli triginta propriâ notâ insigniti, & ex argenteis tam multi, quot aureis conjuncti capitâ recensita æquant. Post hæc è Consiliariis minimum ætate contendit ad ædem sacram Divi Marci, conterminam conjunctamque Ducario, ut nosti, atque ubi ad aram maximam supplicavit, puerum, quem libeat acseritum in Comitia dedit, ut pro singulis Patriis, quibus id per legem non licet, ne quis fraudi locus relinquatur, dum

acce-

DE REPVB. VENET. 171  
accedunt ad sortitionem, ipse sortiatur. Antiquis autem temporibus moris erat, ut quemcunque primum fors obrulisset puerum vitium bonae indolis, cum Consiliarius adduceret in Comitia, ut obiret hoc munus. Vocatur is puer modò Ballotinus, & in supplicationibus progrederetur ante Ducem, cui debet esse cura, ut posteaquā pervenerit ad legitimam ætatem, ascribatur in eorum numerū, qui sunt à secretis. Perdutus igitur in Comitia statuitur hic puer ante conspectum Præsidum, Quadragesima virūm, & Consiliariorū, & unus ex utroque nomine, cui fors contingit, pro urna fessum ire pergit. Sortiuntur autem subfelli, quo singula debeat ordine ad urnam accedere. Verūtamen in Magistratibus eligendis cum duplex ordo subfelliorum semper accederet, cuius rei gratia binæ quoque urnæ statuuntur, in hac electione tanquam proprium & singulare notari debet, unam stare urnam, singulosque ordines subfelliorum separatim accedere. Quamobrem sicuti aliâs pro quinque ordinibus duplicatis fortes injiciuntur, sic in præsenti, ubi Duci electores erunt creandi, pro simplicibus decem fortes injici oportet, quæ deinceps eductæ indicant, quinam ordines in

172 DONAT. JANNOT.  
in sortitione debent præcedere. Sed  
erit sciendum, ubi sors in unum ex iis  
quinque eccleris, qui sunt ad D. Geor-  
gii versus, ex ea capite accessum fieri,  
quod Brolium spectat, contraria vero, ab  
eo, quod castellum, inchoandum fore,  
ubi sors alicui contigerit a latore D.  
Marci; Quam rem facile abs te percipi,  
atque intelligi arbitror, ex ea conclavis  
descriptione, quam superius adduxi.  
Cujuscunq[ue] autem ordinis sors edu-  
cta fuerit, Patricius ille, qui sedet in eo  
capite, a quo est inchoandum, surgit  
ex loco suo, & ad urnam tendit. Puer,  
qui aliud uram, depromit ex ea glo-  
bulum ejus vice, quem denmittit in ur-  
nam alteram infra pedes postam, si  
fuerit argenteus, Patricius ille, cuius  
nomine sortio est peracta, exit a con-  
clavi. Sin auratus obtigerit, Consilia-  
rio porrigitur ut notam insipiat, &  
ejus patriti nomen enunciatur per scri-  
barum principem, idemque continuo  
medius inter duos a secretis deducitur  
extra conclave in quoddam cubicu-  
lum. Mox advocantur ad tribunal o-  
mnes, qui sunt ejusdem familiae, nec  
non etiam patrum, avunculi, consobri-  
ni, socii, uxoris fratres, sororumque  
viri, & tandem omnes illi, qui fuerint  
ejus causâ a sortitione excludendi. Cum

ad

DE REPVB. VENET. 173  
ad tribunal venerint, à scriba nume-  
rantur, totidemque globuli ex argen-  
teis ab urna eximuntur, omnes autem  
illi abeunt a conclavi, cum nihil alius  
habeant exclusi a sortitione quod a-  
gant. Eadem ratione pergitur per sin-  
gulos ordines succedentes, quoad au-  
rati globuli triginta fuerint omnes e-  
duci, quos quicunque beneficio sortis  
affecuti fuerint, sedent in idem cu-  
biculum, ubi sese continent, interea  
dum ab aliis disceditur. Dimissò con-  
cilio una prodeunt, & confident in  
conspicüa Präsidium, Quadraginta-  
virum, & Consiliariorum in binis sub-  
felliis, quos sunt in medio sita, pares nu-  
mero utrinque, postea conjectis in ur-  
nam aureis globulis novem, & uno su-  
per viginti argenteis, sortitioneque  
facta subfelliorum, utrum inchoare de-  
bear, atque unde, nam singuli ad ur-  
nam pergunt, unde singulorum nomi-  
ne globulum depromit, quoad novem  
aureis fuerit exhausta, puer ille, quem  
dixi. Quibus argentei contigerunt,  
abeunt quo liber; Reliqui novem for-  
titi aureos ad cubiculum redeunt, ex  
quo, postquam convenerint omnes  
numero perfecto, traducuntur in alterum  
à Consiliariis, Präsidibusque Qua-  
draginta-virum, ubi sunt omnia in  
promptu

promptu ad usum necessaria. Hic ad electionis munus peragendum, ut decet, sacramento obligati tamdiu clausi manent, quoad elegerint è quadraginta familiis diversis *Quadraginta-viros*, quæ res hoc modo procedit. Similares Novem-viri conclusi fuerint, sortiuntur, quis eorum primas in nominando debeat obtinere, quis proximas, quis tertias partes, arque ita deinceps, juxta quem ordinem pronunciant, quo sunque liber: Suffragia colliguntur pro singulis, qui pronunciantur, & qui septem ex ipsis consecutus fuerit, habetur unus è numero *Quadraginta-virum*. Omnibus his creatis res ad Consiliarios defertur, qui statim ea ipsa die, si ad vesperam multum non inclinat, aut certè postera, Comitia maxima indicunt. Quibus convocatis scribarum princeps accedit duobus à secretis ad Novem-viros accedit, à quibus accipit syngrapham, in quibus descripta sunt nomina electorum *Quadraginta-virum*, & ad Comitia reversus Consiliaris jubentibus eadem recitat singuli, prout nominantur, adeunt tribunal, & è Comitiis transferuntur in alterum conclave: Si quem abesse contigerit, conquistato eunt unus è Consiliariis, & unus è Praefectis *Quadraginta-*

DE REPVB. VENET. 175  
*draginta-virum*, qui hominem adepti statim in Comitia perducunt, nulla colloquendi cum aliquo potestate facta, & exinde quod concellerunt omnes alii ex eodem numero; quo impleto demum Comitia, neque prius dimittuntur. Et quemadmodum Triginta-viri superius dicti, sic etiam hi *Quadraginta* sistere se pergunt ante Consiliarios, & Praefides *Quadraginta-virum*, atque in binis subcelliis intermedii confidunt, & ad urnam evocantur sorribus eductis, in qua duo-detriginta globuli argentei inter aureos bisfenos reconduntur. Illi, quorum nomine puer argenteos expromperit, statim dimittuntur, hi, pro quibus aureos, in eundem locum, ubi Novem-viri antea fuerunt, aut aliò si libet, à Consiliariis & sociis deducuntur, & in electione jurati, prout superius est dictum, ibi se continent occlusis perpetuò sorribus, donec Vigintiquinque viros elegerint ex totidem familiis inter se diversis, neque pauciora quam novem suffragia singuli requirunt, qui postea creati nunciantur Consiliariis atque eorum sociis, qui statim habent Comitia, si fert ita tempus, alioqui rejiciunt in diem proximam. Recitantur eo modo, quod superius ostendi, horum Viginti-

vigintiquinque nomina per scribarum principem, quibus auditis ad tribunal singuli progressi dimittuntur ex Comitiis in conclave alterum, quemadmodum Quadrageinta viri ante nominati, & si quis non adest, acceretur eo modo, quo dixi & ad Comitiis statim deducitur, atque inde ad aliorum conventum. Vbi vero coacti sunt omnes, è comitio disceditur, ipsi vero prodeunt in confectum Forum, qui prælunt, & in sedibus suis collocati fortiter advocantur ad urnam, qua continet novem aureos globulos, sexdecim argenteos: quibus hi contigerint, abeunt; quibus illi, permanent & conclusi ad instar aliorum, quos commemoravi, non paucioribus suffragiis, quam septenis eligunt Quadrageinta quinque viros ex familiis diversis quadrageinta quinque. Comitiis inditisi hi quoque renunciantur, & omnes qui aderant, & qui aberant in unum coacti ea ratione, qua expoluijubi Comitia dimissa fuerint, accedunt ad Consiliarios, & alios, qui prælunt fedentque coram ipsis, & prout sors evenierit, ad urnam advocati se conferunt intra se cohibetem undecim globulos aureos, quatuor trigintaque argenteos. Hos qui sortiti fuerint, quoquò liber proficuntur,

DE REPVB. VENET. 177  
ciscuntur. Alii verò manent, qui iure jurando more ceterorum orbiculari, eodemque modo prorsus occulū saltem novem suffragia in unum conferentes eligunt quadrageinta viros, & unum præterea, qui sunt electores Ducis; ex aliis atque aliis familiis omnes separati.  
I O A N. Hæc res est admodum impli-  
cata, farisque longa, neque certe ma-  
gno usq[ue] videretur esse. T R Y P H O. Id  
verò disputare in praesentia nolim:  
nihil enim, ut præmonui, hodie à me  
accipies, quām simplicem administra-  
tionem nostræ reipublicæ. Quapro-  
pter ut institutam narrationem pro-  
sequear, postquam advocatis comitiis Electores hi quadrageinta & unus  
renunciati omnes fuerint, & in con-  
clave sibi tributum introduci, quem  
admodum est dictum; principio sacris  
opera datur ad implorandam coelestis  
spiritus opem, & unusquisque solemni  
Sacramento se obligat fore, ut omnes  
rerum humanarum cupiditates abi-  
ciat, & eum tantum deligar, quem  
prospexit ornamento & usui futu-  
rum reipublicæ, & quæcumque dicta  
vel acta fuerint inter ipsis, nulli pro-  
diturum. Post hæc autem nullis adhi-  
bitis scribis aut ministris ipsi soli inclu-  
duntur, ita ut à nemine prorsus con-

178 DONAT. IANNO T.  
spiciantur, & primo loco tres Praesides  
optant ex Senioribus, quos Priors no-  
minant, deinde binos à secretis, sed  
ex junioribus. Praesides eunt sēfūm,  
& ante se menſam quandam positam  
habent; in ea bini loculi cohārantes,  
arque conjuncti, cujusmodi Magistra-  
tibus creandis adliberi diximus, quo-  
rum alter continet globulos quadra-  
ginta & unum, eadem nota insignitos,  
ne cui fraudi sit locus. Cæteri Electo-  
res occupant eas sedes, quas cuique  
libet. Illi duo, qui sunt à secretis, chi-  
rographa numero quadrageinta & u-  
num à se confecta & circumPLICATA  
cuique distribuunt, similliter globulos  
expromptos quadrageinta & unum.  
Ordine vero ante Praesides ternos fin-  
guli evocati chirographum suum in  
mensa deponunt, in quo scriptum est  
nomen illius, quem Ducem optarint.  
Excipiuntur ea nomina ex chirogra-  
phis per duos à secretis, adjecto nume-  
ro suffragatorum unicuique. Vix au-  
tem unquam plura nomina excipiun-  
tur, quam sex aut octo, quia ferè non  
sunt plures ii, quos justè credi potest  
ad id honoris fastigium provehendos  
esse. Postea reconduntur in urna no-  
mina descripta, ut ex ea sortitò edu-  
cantur, & cui prima fors obtigerit, si  
fortè

DE REPVB. VENET. 179  
fortè unus est ex numero Electorum,  
emittitur ex templo in aulam quadra-  
ginta viralem, atque inibi clauditur.  
Mox Electoribus singulis fit potestas  
accusandi hominem, quoconque no-  
mine liber, & arguendi eis indignum  
tanto Magistratu. Si quid ab aliquo  
dictum fuerit, accurate notant, & re-  
ferunt in scriptum illi duo à secretis.  
Accersit ille deinde, & in conse-  
cūm adducitur, omniaque eidem ob-  
jecta recitantur ex scripto; purgandi  
quoque, si velit, datur sui locus; quo  
facto iterum egreditur in eandem au-  
lam, idque toties sit, quoties aliquis  
superest, qui accusare velit, aut ipse se  
queri pergit. His peractis itur in suff-  
fragia, quibus omnibus lati, conve-  
niunt universi Electores ante ipsos  
Praesides, quorum natu maximus ad-  
hibita quadam virgula numerat suffra-  
gia, que vel propria, vel adversa fuen-  
tir in utroque loculo. Nam si quin-  
que supra viginti suffragentur ipsi, Dux  
habetur statim, nec alteri suffragari  
licet. Si aliquid defit huic numero,  
de promendum est alterum nomen ex  
eadem urna, in qua conjecta sunt no-  
mina sortienda, una cum numero suf-  
fragatorum, quot cuique fuerint; con-  
tinuantur hic ordo, quoad peruentum

fuerit ad aliquem, qui vigintiquinque suffragia saltem adipiscatur. Fieri quidem potest, ut nullus cor allequatur, sed ubi res hæc evenit, necessarium est Electores tamdiu clausos detineri, taliisque nominationes iterari & suffragationes, donec aliquis extet, in quem inclinatus numerus, qui modò dictus est. Hæc autem ratio fuit eligendi Ducis, usque ad creationem hujus, in qua nonnihil est variatum. Non enim fuit ille Dux prius renunciatus, quam ceteri omnes competitores suffragia subirent. Quare si quis eo posterior in sortitione exitisset, & tamen obtinuisse ampliora suffragia, Dux habitus esset, & non ipse vigintiquinque suffragia, primum licet afflentus. Hoc itaque pacto, ut diximus, creato Duce permulta sunt, quæ fieri solent honoris causa; Primum illud, quod Electores per scribarum principem, qui de more nuncium hoc præfert, certiores faciunt Consiliarios & Præsides Quadragesima-virum, quem creaverint Ducem, ipsi; accedunt ante alios omnes ad congratulandum, & æ campanum pulsari jubent, nisi intemperata nox fuerit. Quo signo propinquai omnes, & amici exciti ad salutandum Ducem properè convenient. Interca moneta recens

DE REPVB. VENET. 181  
 recens euditur, & ipsius nomine signatur. Proximo his est, quod Electoribus Dux adhibitis in redem Divi Martini descendit, arque ubi devotè supplicatum est, unde omnes in pulpum ascendunt; natu verò maximus ad populum verba facit, qui convertire solet in templo maxima frequentia; narrat in mortui Principis locum alterum suffectum, quem multis laudibus ornatum palam offendit, ingentes acclamaciones & plausus referentem, in certum approbationis letitiaeque argumentum. Tunc ipse quoque Dux alloquitur populum, optimeque sperare jubet de suo principatu. Vbi peroravit, ex pulpite descendunt, & Principem deducunt ad aram maximam, ubi delato à Basilicæ Procuratoribus sacramento jurat in leges, & accipit vexillum de manu illius, qui vices Primicerii ex officio gerit. Atque ita certo pecunia numero ad altare oblatto procedit ad ingressum atque aditum chori, & ibi duobus comitibus non amplius aesis, quorum alter sustinet vexillum, alter, qui sanguine aut certè necessitudine conjunctissimus est, argenteum craterem defert aurea & argentea pecunia quamè maximè refertum, in qua nomen est inscri-

prum atque facies Ducis à nautis, qui versantur in Navali républica : in ligneum pulpitum sublatus egreditur ex templo, & per aream totam circumfertur eo, qui craterem tenet, in piebem nummos assidue paſſimque ſpargente. Exhaulto cratere, qua patet oſtium regium, ingreditur in Ducarium, atque ubi pervenit ad primos scalarum grādus, ex pulpite deflit. Conſcendentī verò pŕefto ſunt Conſiliarii & Pr̄efides Quadrageinta virūm, qui adventum pŕeftolabantur, occurrentes in medio ascensu, & excipientes emittentem ad ſummos gradus, ibique unus ex Conſiliarii, qui ætate ceteros praeceedit, imponit ejus capiti pileum, quem Duces gestare ſolent. Hinc ad publicorum aulam contendit, in qua comororatur aliquantisper, & ſedet in quadam ſella in eum uolum parata. Tandemque ad suas ædes ab iſdem deducitur, quibus una cum Ducario traditis, confeſſum diſceditur. Hæc igitur in novi Principis creatione ſolent honoris cauſa officia pŕefari. Sed maſtatis plurimum ei pŕeterea conciliant ea, que à communī uisu longè diſtant, ornamenta uelutin, in pri-mis ipſe pileus apice per inſignis, qui non nihil ab occipito in altum affur- git,

DE REPVB. VENET. 183  
git, deinde intra pileum velatien al-  
bum ex lino, quod torum caput cir-  
cumtegit, potentis ad aures, & pen-  
dentiibus inde vittis collo tenus. Ad  
hæc oculos hominum convertit is,  
quem gerit, amictus, nulli manicis  
impeditus, ut noſtra cogit, ſed per-  
quam ſimiſ illi veſtimento, quod  
vulgo pallium dici ſolit, eaque longi-  
tudine, ut uſque ad talos demittatur.  
Circumplacat autem collum appendix  
rotunda, qua pertinet uſque ad cingu-  
lum undequaque, & precioſis, quas  
fulcit, per libus obdueta. Veſtes omnes  
contexta de more ſunt ex quolibet ge-  
nere pannorum, cuiuſmodi ſunt ea,  
qua vocantur, Velutum, Raſum, ſcri-  
cum Damascenum, & Braceatum, tela  
quoque cùm aurea, rūm argentea.  
Quotiescumque progreditur in publi-  
cum, as campanum infonat, & pŕe-  
feruntur aliquot vexilla in altum ſub-  
levata: clangunt etiam buccinæ qua-  
dam inſigni magnitudine. Succedit  
porro pulvinar, ſellaque aurea. De  
Musica re nihil dico, qua communis  
eft omnibus in Italia Principibus. Pro-  
cedit inde ſub umbella tandem Du-  
x ipſe, utrinque bini Oratores pŕincipi  
latus ejus tegunt, alii à tergo ſtipant.  
Hos proſequuntur ad tricena paria

184 DONAT. IANNOT.  
nobilium virorum , qui Ducalibus ve-  
stimentis omnes induiti sunt ex Cocco-  
cino confectis , aut alio genere panni.  
Ille, qui exterior incedit in primo pari,  
fusciner elatum enseni , quem præ  
manu gerit. Hæc autem omnia pra-  
bent ejusmodi spectaculum , quod re-  
verentiam non minus , quam admi-  
rationem iniciit. Temporibus certè  
nostris Andreas Grittus , qui ornatus  
est tam insigni dignitate propter exi-  
mias singulariæ animi virtutes , non  
parum adiecit huic pompe ornamenti  
& magnificacia ex ea dignitate , nec  
non venustate , quam habet summam  
in aspectu. Enim verò , quod animos  
contemplantium mirum in modum  
pacit , est illud , quod cuilibet tunc in  
menteri subit , nulla violentia id ho-  
noris à civibus exprimi , quemadmo-  
dum in tyrannide fieri solet , sed ultrò  
deferri Principi ex legumi prefcripto &  
ex instituto reipublicæ , quæ jubet il-  
lum omni genere obliterantia colli-  
id verò tam severè à cunctis exigitur ,  
ut è Patriis quidam subierit gravissi-  
mam penam , non alia de causa , quam  
quod à Principe dicta sententia de ne-  
ficio qua re , his verbis ad eum uisus  
fuisset ; Serenissime Princeps negatis.  
Quæ sane vila sunt è trivii desumpta ,  
& mi-

DE REPVB. VENET. 185  
& minime digna , que jactarentur in  
eam personam. Hæc habui dicere de  
Principis electione , ne non de summis  
honoriis , qui eidem habentur. Reli-  
quum est , ut de Consiliariis quoque  
disceramus , qua sint autoritate in re-  
publica , & quas partes habeant , si ta-  
men nihil tibi superest , quod requiras  
amplius. IOAN. Antequam pergas ad  
alia , cedo mibi quæsto. Quantum tem-  
poris tribuitur huic electioni? T R Y-  
RHO. Consideranda fuerint in ipsa  
tria temporis curricula. Primum ab  
obitu Principis usque ad initium Elec-  
tores instituendi. Alterum ab hoc  
initio , usque ad suum finem. Postre-  
num ex quo Electores concludi so-  
lent , usque ad creationem. Primo  
tempore iusta persolvuntur , ac eligun-  
tur , cum Inquisitores cum Correcto-  
res , qui vel multum , vel parum tem-  
poris congereere posunt , dum suum  
manus obeunt ; prout etiam vel mul-  
ta vel pauca sunt ea , quæ indigent cor-  
rectione & institutione. Alterum certè  
curriculum non est valde longum ,  
quandoquidem universæ sortitiones  
aque electiones , donec unus & qua-  
draginta Electores designati sunt , ab-  
solvuntur quamcùc , neque tamen his  
pauciores impendi , quamq; quini dies  
M 5 possunt ,

possunt, propterea quod Comitia quinque indicere est opus. Postremum vero tam longum, quam breve contingit: Nam inter Electores, ubi sunt coacti, incidere multas controversias est existimandam, que aut citio dirimi possunt, aut in longum duci. Verumtamen intra sensos atque octenos dies, quin expedita fuerit electio, nunquam intellexi. Est etiam quando celerius multo res conficitur, pro sensu atque animo Electorum, qui varie est affectus. Tu, qui Romæ verfatus es diu, optimè rem nosci. IOAN. Sed prætermisile videris illud, quod adhuc scire aveo. An Inquisitoribus definitum sit quoddam tempus ad suum munus præstandum. TRYPHO. Vnus anni curriculum tribui solet, intra quod conficeris debeat suam Iurisdictionem. IOAN. Ne graveris etiam exponere, si quid habes, cur solempnes tot ritus adhibeantur, ubi Dux est creatus, exempli causa: Cur alloquatur populum in Divi Marci. Cur ad publicorum aulam deducatur. Et præterea, si alicunde tenes, undenam ea insignia, que Ducis præferuntur, à te modo exposita. TRYPHO. Cur alloquatur Dux populum ex eo loco, quem dixi, non plane novi. Rationi tamen con-

consentaneum hoc ipsum videtur, ut dum spectandus exhibetur ipsi, verba faciat, & in spem optimæ administrationis omnium animos erigit. Cur deducatur ad aulam publicorum, causam nullam habeo, nisi forte id propterea institutum fuit, ut imbecillitatis humanæ memoria ipsi renoveretur. Ut enim antea memoravimus, cum Præcipitem ex vita discedere contingit, illius funus in eandem aulam defertur. Insignia porro, que recensuimus, fama est ab Alexandro tertio profecta esse, cuius non modò dignitatem, sed etiam salutem adversus Ahenobarbi Frederici furem respublica texit. IOAN. Nostin' vero, quo tempore sumpserit initium ejusmodi electio Ducus tam ordinatè instituta. TRYPHO. Reseraram id, quod ex nostris monumentis hausi. Quemadmodum superius explicatum est, penes populum erat protestas eligendi Ducus, & acclamacionibus quibusdam res peragebatur tumultuose. Obtinuit mos ita creandi summum Magistratum usque ad tempora Sebastiani Ziani, qui post illatam Vitali Michælio necem ab undecim viris Dux creatus est, ut nonnulli memorie prodiderunt suffragatione Triginta quatuor virum id munus ad-

pris,

ptis, qui prius beneficio fortis instituti fuerant. Aurius, Mastropetrus, & quaterni proximi Duces per Quadragesita viros electi fuerunt, hoc modo. Ex universis civibus quatuor optabauerunt cives. Ab his eligebantur postea Quadragesita viri, quorum singulis libebat, ubi simul convenierant, eum Ducem nominare, quem existimaret ranta amplitudinis gradum concordare oportere. Omnes, qui nominati fuerant, subiiciebantur suffragiis; is autem Dux erat, qui majori cumulo competitores deiceret. Primus omnium Dux eo modo & ordine, quem diximus, Marinus Maurocenus electus est anno MCCXI. Ceterum in quibusdam nostris commentariis, quod animadvertere debes, à Sebastiano Zia- no usque ad Petrum Gradenicum de cunctis electionibus Duxum hæc habentur verba: *Dux iste creatus est per electionem, & comprobatus per populi acclamationem.* Ad ejusmodi comprobationem pertinere censeo, quod Eletores in Divi Marci pulpitum ascendant, & à se Ducem creatum in publicum enuncient, atque tunc ingenti clamore edito ad declarandam animorum laetitiam electio Duxis palam approbetur à populo. Quæ sanè res cum mini-

DE REPVB. VENET. 189  
 minimè necessaria sit, tamen conferatur & adlibetur magis ceremonie cujusdam loco, quam alia ex causa. Fortasse necessaria res erat antiquis temporibus, quibus obtinuerit mos ita faciendi, ut contineretur in officio populus electione privatus. Hæc habeo dicere de his rebus, & nihil aliud praeterea. IOAN. Cumulatissimè mihi satis factum arbitror ex iis, quæ à te accepi. Perge, quæso, ut insciuisti. TRYPHO. Quemadmodum dicebam, in persona Duxis positum est supremum imperium Venetæ reipublicæ, in qua solus appetat rerū ipse Dominus. Sed quamvis obtineat tantū amplitudinis, nulla tamen res est, in qua liberam atque integrā potestatem habeat. Nihil enim statuere potest, quantumvis minimū, & multò minus præstare ac exequi, nisi adsint illi Consiliarii, qui sex numero sunt, ex singulis tribubus, & ex honestissimis quibusque Patriciis delecti accuratè, quandoquidem summa dignitas Magistratus hoc ita requirit. Non eliguntur hi seni simul eodem tempore, neque eodem momento in eunt Magistratum, sed eliguntur duplīcī vice, terni, alio atque alio tempore, vel ex iis tribubus, quæ sunt ternæ citra, vel ex iis ternis, quæ sunt ultra maxi-

maximam Canalem. Modus autem hic est, ut exposui superius: Ex cunctis iis Magistratibus, qui in Comitiis majoribus creari solent, alii quatuor competitores desiderant, alii tantum duos. Quoniam igitur hic Magistratus unus ex iis est, qui per majora Comitia renuntiatur, ad alteram classem pertinet, nimis ad priorem; sed Rogatorum Concilium ex singulis tribibus unum legit, qui suffragia deinde subit omnium in Comitiis, quacumque convocare solemne est, quandocunq[ue] tres Consiliarii fuerint eligendi. Vbi vero quatuor Electorum ordines absoluti sunt, & in sedes attributas singuli coacti, ut eligantur competitores, quemadmodum exposui modum, per aliquem a secretis significatur unicuique, qui Rogatorum Concilium ingreditur cum jure suffragii, ut ex conclavi, in quo habentur Comitia, transeat in alterum quodam intervallo disiectum, ubi Senatus de more cogi solet. Posteaquam omnes convernerunt, accedit e[st] Dux adhibitis una Consiliariis, nec non Praefidibus Quadrangulari-virum, & eam tribum sortiti, ex qua primus sit eligendus Consiliarius, quisque nominat eum, quem maxime cupit. Omnes, qui nominati sunt, describuntur,

tur, & pro singulis ordine suo suffragia feruntur. Qui plura supra dimidiā partem fuerit consecutus, is electus est Competitor. Modus autem hic eligendi per concilium Rogatorum, dici solet scrutinium. Redeunt porro Senatores una cum Duco ad Comitia, & Competitores renunciati per quaternos Electorum ordines, suffragia subeunt eo modo, quo dixi, singuli. Cui plura suffragantur, modo superent dimidiā partem, Consiliarius ab omnibus habetur. Evenire potest in Comitiis, ut unus tantummodo competitor nominetur, atque interdum non alius, quam qui in Concilio Rogatorum fuit renunciarus. Id ubi evenit, pro uno tantum illo debet iri in suffragia, tametsi id nemini conceditur, qui competitor careat. Nam quicunque in diversis conciliis renunciat, is videtur quodammodo secum ipse competitor esse, idque verisimilitudinis nonnihil habet. Is igitur unus Consiliarius evadit, si preter dimidiā partem suffragiorum saltem unam assequitur. Fere autem semper usuvenit, quod etiam obsermare debes, ut etiam quando plures uno Competitores habentur, hoc autem accidit plerunque, tamen ille Magistratum adipiscatur,

qui à Senatu Competitor eleitus est. Id ex eo fieri puto, quod existimari soleat, eum, qui ab ipso Senatu productus est, pro exteris esse dignum eo Magistratu, utpote comprobatum judicio tot numero Senatorum, quemadmodum ex iis, quæ disserui, non latere te arbitror. Præterquam quod is, qui in Senatu renunciat, minus est de ambitu suspectus, quam qui ea ratione, quam dixi, in ipsis Comitiis, quod quidem facile animadvertere potes ex te ipso. His etiam accedit, quod quicunque in concilio Rogatorum suffragati sunt homini, suffragantur eidem quoque in majori concilio; ut ex omnibus his causis atque rationibus is, qui creatus fuit in ipso Senatu, plurimum approbari soleat etiam in Comitio. Sex igitur hi Consiliarii semper assident Duci, & cum ipso res omnes peragunt præcipue non publicas, cujusmodi est, audiare postulata, publicas literas omnes resignare, privilegia indulgere, & id genus alia, quæ tamen ab ipso Duce perfici non possint, nisi adhuc una quaterni Consiliarii: poslunt quidem ab ipsis, si forte Dux absit. De rebus omnibus ad Comitia referunt, quæ præcipua est ipsorum autoritas; Poslunt etiam ad Senatum referre, & ad Consilium

cilium Decem-virum. Qui tamen ad Senatum præcipu referunt, nimirum sapientes, de quibus memini, & qui præcipu ad Decem-viros, hoc est eorumdem Praesides; his ad majora Comitia referre nullo modo licet. Quare Consiliariorum autoritas multo major est, quam sapientum, & eorum, qui Decem-viris præsident. Est tamen animadvertisendum, integrum fore vel uni Consiliario, etiam si nullus aliis cum ipso conveniat, referre cum ad Comitio, tunc ad Senatum; sed non ita ad Decem-viros, nisi tres accedant; quo fit, ut quatuor simul convenire oporteat. Annuum est munus ipsum Consiliarii, quod tamen non obitur, nisi menses octo; Quatuor impenduntur aliis Quadragesinta-virali Collegio, quod capitis judicia exercere solet. Seden in eo perpetuo tres Consiliarii, qui vocari solent Inferiores, dum inibi sedent. Liberum verò est ipsis huic Collegio interessere, vel primos quatuor mentes, vel quatuor extremos, vel etiam ex his atque illis menses pariter binos. Quare quicunque inferior Consiliarius existit, necesse est ut fuerit, vel esse debeat quoque major, sive superior, proindeque sint omnibus temporibus noveni Consiliarii, ex iis una

N cum

cum Duce sedent assidui seni, & in collegio Quadraginta-virali hi terti, quos dixi. Quandoconque vero iudem abeunt Magistratu, aut certe pergunt, ut sedent una cum Duce, tres ex eo numero qui assidebant, se conserunt ad Quadraginta viros, aut ex aucto Magistratu, tres alii denuo sunt creandi. Scire quoque debes, una cum Duce & Consiliariis tres ex Quadraginta-viris Capitalibus pariter sedere, quos vocare consuevimus Capita Quadraginta-virum, qui binis tantum mensibus sunt in hoc honore, cum de Collegiis Quadraginta-virilibus agam, melius id intelliges. Quapropter Dominationis nomine intelligi solent, Dux una cum seni Consiliariis, prætereaque terti Præsidies Quadraginta-virum. IOAN. Cedo, priusquam ad alia transfas, cur tres Consiliarii sedent inter Quadraginta-viros, & tres horum Præsidies cum Duce & Consiliariis? TRYPHO. Quid in nostris commentariis invenire potui, horum causa est. Antiquis temporibus Dux atque sui Consiliarii interesse consueverant judicis Quadraginta-virilibus: Marcus autem Cornelius, qui anno MCCC LXV. Dux creatus est, ob negotiorum ingentem multitudinem, quorum copia in dies

magis

DE REPVB. VENET. 195  
magis augebatur propagata republica, permisit eam curam his Consiliariis quos dixi. Tres itidem Præsidies Quadraginta virum Duci assident cum p̄fis Consiliariis, ut, quemadmodum Quadraginta-viratus cōmunicat cum iis, qui reipublice præsunt, ob illos tres Consiliarios, qui inter ipsos versantur; sic etiam ii, qui summum locum obtinent, aliquam habeant communio- nem cum Quadraginta viratu, tribus ejus Præsidibus in consellum receptis; atque ita viceversa quadam altera pars inter se alterius munera fun-  
ctionibus, quippe que conjuncta erant invicem ante Ducem Marcum Corne- lium. Ut autem modò perfstringamus, quicquid superest de Duce: is, quemadmodum aiebam, cum suis Consiliariis adest in Collegio, in Senatu, necnon in Comitiis, quin etiam in concilio Decem-virum, de quo agendum pro-  
xime. Referendi vero potestate ha-  
bet ad singula Concilia, nimurum ad Comitia, ut Consiliarii; ad Sena-  
tum, ut sapientes; ad Decem-viros, ut eorumdem Præfetti. Nam cunctis iis Magistratibus comitem se adjungere potest, qui sunt Principes atque Præ-  
sidies Conciliorum; quo sit, ut nulla res agatur ipso non præsente, pariter-

N 2 que

que ipse unus nihil per se agere possit. Omnia que tractantur negotia, ejus nomen præferunt, literæ, privilegia, scriptaque alia publica, tamquam foret ipse tantum autor; cuncta scribuntur illius nomine: Externæ quoque epistolaæ missæ vel à Principibus, vel ab Oratoribus, qui ubique locorum agunt, dantur omnes, & perferruntur ad ipsum Ducem. Quando contingit sapientes mari, seu contuberniati Præfectos, aut etiam alios Magistratus ad eorum legatos, vel Ducem, vel alios publicos ministros aliquid scribere, hoc modò subscriptur; *Andreas Grittus Dux Venetiarum, &c.* Eadem ratio adhibetur in quovis alio scripti genere, qualia sunt diplomata, privilegia, obligationes, leges, & alia. Concilium Decem-virūm, de quo proximus erit sermo, variat hanc formam, & duplice ratione describit. Aut etiam universum Concilium scribit, tuncque ita subscriptibunt: *Andreas Grittus Dux Venetiarum, &c. cum Concilio nostro Decem-virām.* Aut soli principes Decem-virūm, hoc estii, qui prefecti sunt eidem Concilio, ut mox dicetur, & utunc ea forma: *Andreas Grittus Dux Venetiarum, &c. cum ca-ribus Consiliis Decem-virūm.* Respondentes,

DE REPVB. VENET. 197  
dentes, prout viderint subscriptum fuisse, ita suprascribunt. Sed ut persequar institutam rem, octavo quoque die, ut puta Mercurii, confuevit nos-ter Dux inferius descendere eo tempore, quo dicitur jus à Magistratibus, & circumstrans ambulacra duo, in quibus eorum sedes sunt collocata, ad singulas inhibet gressum, Magistratumque ibi sedentem iustitia commo-ner. Si quis autem est, cui jus obtinere suum minimè videatur, tunc adit supplex Ducem, & totam rem exponit. Qui si judicat supplicem illani injuria affici, statim imperat illi Magistratu, ut jus ipsi reddat; alioquin arguit im-meritò conquerentem, & administratio-nem cœptam persecuitur. Varia-rum est in hoc ordine à quibusdam Ducibus, qui stata die noluerunt semper fungi eo munere, ut improvisi Magistratibus incumberent. Negocio-rum multitudine fuit in causa nonnun-quam, ut intermitteret Dux hunc mo-rem in aliqua hebdomada. Ut autem Dux pro dignitate sui Magistratus ho-norificeas magnificè satis agat, annua penfia ei persolvitur aureorum ter mille, nec non quingentorum, sed quatuor variis temporibus convivia debet celebrare, festo die sancti Ste-

phani unum, Divi Marci alterum, Ascensionis tertium, postremum die sancti Viti. Ad hæc convivia mos est vocare Patricios diversis ætaribus. Quapropter ad primum adhiberi solent, præter Consiliarios, Præfectos Quadragesima-virū, Advocatores, & Præsidēs Decem-virū, illi quoque, qui sunt ætate admodum proœcta. Ad alterum porrò, qui sunt minus afferata; sic ad tertium, & quartum natu minores ordine, graduque suo semper invitantur; idque ita institutum est, ut ætas quælibet Patriciorum conviviorum minime sit expers. Præter hæc unicuique Patricio, qui Comitiis interstit, manus quoddam impetrare Dux quotannis debet: non multis ab hinc annis præbere singulis mos era quinque anates marinas. Exhibitetur modd certum moneta genus, quod ejus rei gratia cuditur. In altera parte Divi Marci vexillum Duci porrigentis effigies impressa. In altera nomen Duci est inscriptum, & ejus administrationis quoctus annus, ita: *Andree Gritti Venetiarum Principis munus, Anno 1111.* Nunc plena habes, quicquid ad præcipuas facit nostræ reipublicæ partes, quibus, ut accepisti, publicæ administrationis ordo totus continetur inter se col-

DE REPVB. VENET. 199  
se colligatis atque implicitis, ea ratione, qua est dictum. Restat, ut verba faciamus de Concilio Decem-virū, de Procuratoribus, Advocatoribus, Quadragesima-viris, atque de Censoribus. Sed nescio, an satierat tam longæ orationis sis adhuc defatigatus. IOAN. At istuc mihi verbum est à te prætersum. Major enim est lingua labor in disserendo, quam aurum in audiendo, si rectè opinor, quæ jucundissimis sermonibus admodum levatur. TAYPHO. Ita est planè, ut dicas, nisi quod affirmas de auribus, istuc ipsum de lingua dici quoque potest; idque ipsa re nunc intelligo. Nam quamvis modò sit hora tertia, ex quo loqui capi, nullo tamen labore sumi defessus, tantum oblectationis capio ex hac re, de qua colloquor. Et profectò nullum sermonis genus majorem voluntatem iis animis afferit, in quibus eniter aliquid generosum, quam ubi de ictiu modo republica agitur, quæ si non planè & omnino (ne videar huic nostræ administrationi fortè nimium tribuere) at certè majori ex parte est rectè instituta. Quando igitur audire tibi non est grave, persequar ea, quæ superfunt adhuc exponenda. IOAN. Persequere amabo; nihil est

enim , quod mihi gratius accidere queat. TRYPHO. Quod superius ad monui, reipublica universus ordo positus est in præcipuis partibus iis quantum, quos dixi, Concilium Decemvirum , de quo sermo habendus , licet unum sit ex membris maximi momenti , nihilominus est quid annexum magis , quam præcipue insitum , & ad Dictatorem , ut puto , quam proxime accedit , qui dicebatur apud Romanos in magnis periculis. Hoc interest , quod Dictator creari solebar quibusdam modò temporibus turbulentis , Decemviratus in nostra republica semper adest , eademque pollet suprema autoritate , qua Rogatorum Concilium , & civitas universa ; nam decernere potest de rebus publicis , utcunque libet , nec ulli est unde pendeat superior protestas . Non tamen uti solet hac autoritate , præterquam in rebus gravissimis , quibus alia ratione non facilè subveniri potest , quales occultæ deliberationes sunt de bello inferendo , de pace componenda , clandestinæque omnes transactiones , aut pertractationes expedite , missiones legatorum in castra. Quæ certè si in Collegio examinarentur , ac deinde in Senatu deliberarentur , ubi deliberanda jure optimo

mo forent , non iis rationibus fortasse , quas tempus exigeret , hoc est non silentio , neque prompte , ac celeriter administrarentur. Cum adhuc essem adolescentis , tamen restè memini eo bello , quod in Clusentiniis finibus cumi veftra republica gessimus , pace tua dixerim , duos ex Oratoribus veftris in nostram urbem venisse , Paulum Antonium Soderinum , & Ioannem Baptistam Rodolphum ( nisi forte mihi exciderunt eorum nomina ) homines , ut à nostris fuerunt habiti , multis egregiis ornamentis animi refertos , ad conuentu cum nostra republica sanctienda missos , quæ cum omnino rām Dux , quam Collegium intre vellet , antequam fama recens in vulgo manaret de claschè , quam Turca instruebat adversus rempublicam , ne si ea perveniret ad aures Florentinorum , ii convenire amplius nollent , prævidentes nos gravi bello mox implicitos fore , cumque in Senatu res obtineri non posset , tandem in concilio Decemvirum fuit ad finem perducta. Acceptis postea literis , quibus apparatus Turcarum significabantur , nullus fuit , quin probaret eam deliberationem. Quod exemplum commemoravi , ut facilius intelligeres , cujusmodi sit au-

toritas hujus concilii, & quibus in rebus ab eodem usurpari soleat. Itaq; ubi Collegium decrevit aliquā rem transfigere, sed quam occultissimē, ut exempli gratiā; si videretur ē republica icere aliquod fecundus cum Rego Galliæ, alicove Principe, ac republica, ad aliquid aggredientium perinstigne facinus, sed oporteret omnino, rem in occulto esse, quoad conficeretur; tunc Oratoribus, & hominibus iis, quorum opera necessaria esset in eo negocio, literæ initii solent ita subscriptæ; *Anales Grittus Dux Venetiārum, &c. cum nostro concilio Decem-virūm*. Eadem quoque suprascriptiunt ab iis, qui respondent, & eorum literæ perforuntur ad Decem-virūm principes, qui veniunt in Collegium, unde tum excludantur tres Praefecti *Quadraginta-virūm*, tres sapientes mari, ita ut illis ingreditib; hi statim exeat. Ab his res eatenus pertractatur, atque agitantur, quoad ipsa deliberatio sit expedienda. Neque tamen hæc pertractare & agitare est ipsorum tantū, sed adfunt etiam alii ex concilio Decem-virūm à tribus suis principibus acceriti. Vbi verò deliberatio fuerit habenda, præter Ducem, & Consiliarios, universumque concilium Decem-virūm,

ncc-

DE REPVB. VENET. 203  
necon sapientes maximis rebus atque continentia, necessi; est, ut Quindecim-viri intersint, qui dicuntur Adjuncti, & Trium-vir. Advocatores, & novem Procuratores. Quoniam verò hi quatuor supra viginti sunt his temporibus, ut jam explicabitur, quinam deliberationibus interesset debeat, per concilium Decem-virūm sunt delecti. Veruntamen jus ferendi suffragii non est æquè omnibus. Id enim datur solum ipsū Decem-viris, Adjunctis, Duci, atque seniori Consiliarii. Omnes autem, qui concilii Decem-virūm sunt participes in unum collecti, appellatione non alia continentur, quām concilii Decem-virūm cum Adjunctis, quod tamen nunquam cogi solet, niū de rebus gravissimis sit deliberandum, & quidem ad ipsius reipublica summa pertinentibus, quæ aliōquin in Senatu disputandæ essent, sed propter eas causas, quas atruli, hoc in concilio tractantur aliquando. Quidam sunt autores, institutum fuisse concilium Decem-virūm, quo tempore cœlus est Dux Vitalis Michaelius ad eos coercendos, qui aliiquid molirentur contra reipublicam. Aliqui ejus originem referunt ad tempora Petri Gradonici. Autoritas initio peregrina fuit, auctaq;

deinde

204 DONAT. IANNO. deinde paulatim existimatio. Nam præter crimina leæ Majestatis, & perduelles omnes, in quos animadvertisit, vindicat etiam sibi horum criminum reos, adulteratæ pecunie, præposterræque libidinis. Ad hæc aliquam tractat pecunie vim, quæ repræsentatur à Questoribus, & etiam aliunde. Habet quoque in navalib[us] triremes proprias his duabus characteribus insignitas C & X. quæ indicant, illas esse penes Capita Decem-virūm. Tormentorum præterea bellicorum curam omnē gerit. Enimvero ad aliquid deliberandū ex iis ipsis de rebus cōveniunt ipsi tantum Decem-viri, præter Consiliarios sex, & Principem, nemine alio adhibito; quod Concilium Decem virūm simplex appellatur. In publicis autem rebus, non in his, tantummodo obtinet eam autoritatem, quam superius exposui, & quæcumque occultè peragenda sunt, præcipue administrat. Quapropter à nostris majoribus sanctum est, ut in eo sapientes maximis rebus, atque continentib[us], Advocatores, & ex Procuratoribus novem convenirent, & Quindecim-viri Decem-viris adjungerentur. Cuius quidem Magistratus summa potentia quandoque tam insig-  
nacem invidiam eidem conflavit, ut

ægrē

DE REPVB. VENET. 205  
ægrē admodū successores fuerint im-  
petrati: Sed huic malo tandem occur-  
rerunt ii, qui ad gubernacula repu-  
blicæ summi viri sedebant. Pervicerunt  
enim contentendo quād maximè, ut  
lex ea ferretur, qua cautum est, ut ante-  
quam successores designati essent, De-  
cem-viri non abirent suo Magistratu.  
Constat is ex Patriciis numero decem,  
qui eliguntur in Comitiis ea ratione,  
qua cæteri. Singulis mensibus ex eo  
numero tres fortinunt, qui vocari so-  
lent Capita Decem-virūm. Horum  
trium singulis hebdomadibus unus est  
Præfectus, qui majora comitia ubi ce-  
lebrantur, in conspectu sedet, ne non  
ex adverso Ducis. Penes hos insignia  
sunt ipsius Magistratus continenter  
quem regunt, indicendiq[ue]; concilii par-  
tes præcipuas habent, ad quod ipsi re-  
ferunt, non tamen valent per se sin-  
guli, sed simul omnes, aut bini saltē.  
Debent autem octavo quoque die con-  
vocare concilium, hoc est altos septem,  
aut etiam frequentius rebus ingruenti-  
bus, de quibus oporteat consilium ca-  
pere, & deliberare. Antiquitus nullum  
certum tempus definitum erat, quo  
concilium ejusmodi indiceretur. Sed  
quoniam, ubi Decem-viri convenie-  
bant, in magna perturbatione civitas  
tota

206 DONAT. IANNOT.  
tota versabatur, non sine gravi causa  
convenire ipsos rata, id, quod diximus,  
tempus definire placuit, ut amplius  
non teneretur ea follicitudo. Quan-  
do verò sententia de aliquo ferenda est  
facto rei capitalis apud ipsos reo, &  
propter aliquid crimen, ex iis quinque  
dictis, in custodiā tradito, non da-  
tur eidem reo ad concilium pro se ver-  
ba facere, neque adhibere patrum  
aliquem ad suam causam tuendam, sed  
ante Prefectos ipsos duntaxat sifitur,  
& quiequid exprelsum fuerit ab eo, li-  
teris mandatur; de quo demum ad  
concilium per eosdem referunt, & tunc  
opus est, ut unus eorum suscipiat par-  
tes hominis tuendi, alioqui patroci-  
nium & defensionē habere nullatenus  
potest. A Decē-viris provocare ad alios  
non licet, neque verò immutari ali-  
quid in sententiis latet, praterquam vel  
ab ipsismet, qui tulerunt, aut à succe-  
soribus, si quid in eis immutandum  
fortè videatur. Eorum verò Praesides  
atque Praefecti sunt ii, qui conclave, in  
quo habentur Comitia, praesentia sua  
ornant, eo, quo dictum est, ordine  
circumstendentes; in Rogatorum quoq;  
concilium non ipsi tantum, sed alii  
quoque septem Decem-viri omnes co-  
optantur. Munus autem annum est  
hujus

DE REPVB. VENET. 207  
hujus Magistratus, quo abeuntibus al-  
terum inire continuaō licet, quod etiam  
sapientibus, & Consiliariis, ut præmo-  
nui, datur; omnes enim hi Magistratus  
sapientes maritimis, terrestribus, ma-  
ximisque rebus, Consiliarii, Decem-  
viri, Advocatores, arque Censores, im-  
pedimentum nullum sibi mutuō in-  
ferunt; quin absoluta conjectaque ju-  
risdictione ex uno in alium transire  
cuique sit integrum; quin etiam si qui  
in minori Magistratu versatur, majo-  
rem adeptus nihil obstat, quin bunc  
statim ineat, priore neglecto. IOAN.  
Necessariò consequens est his rebus,  
quas disseris, omnes eos Magistratus,  
quos enumerasti, ex ipsa vicissitudine  
imperii gerendi, penes oppido paucos  
optimates redactum iri. TRYPHO.  
Recte quidem colligis, idque à nobis  
ita prædicari solet, quotiescumque Pa-  
tricium aliquis eō pervenerit, ut sapiens  
continet perficiatur; sanè quām raro  
evenire posse, quin asséquatur adhuc  
aliquem ex iis Magistratibus. Sed ad  
rem propositam. Intellexisti concilium  
Decem virūm membrum quoddam à  
republica divulsum esse, immò verò  
sejunctum ab eadem omnino, neque  
verò alio vinculo, quām quod ut ex-  
teri Magistratus per Comitia creantur.

Dc

De quo cum satis multa dicta fuerint, restat, ut de Procuratoribus aliqua dicamus. Est Magistratus is in nostra civitate maxima cum honestate, tum existimatione, quamvis ex eorum numero non sit, in quo ratio sita est nostra administrationis; sed quia nonnulli cum vita hæc dignitas terminatur, sic ut illa Ducis, idcirco magno in honore atque precio habetur. Præter hæc quoque Magistratus antiquissimus est, & attulit usq; ad nostra tempora eam existimationem. Nullus enim fuit unquam in nostra republica vir nobilis magnæ autoritatis, quin honestari voluerit hac dignitate, ut perpaucissimi Duces sint renunciati, ex quo primū traditur easdem instituta, qui non extiterint prius in hoc numero atque loco. Unus priscis temporibus erat Procurator, ut adi<sup>m</sup> Marcia res omnes procuraret, & sacras opes custodiret, idcirco creatus. In obitu deinde Sebastiani Ziani, qui multos fundos legavit ædi Sancti Marci, ut distribuereant per Procuratorem in pauperes fructus inde percepti, cum unus tam multis negotiis par esse nō posset, necesse fuit alterum Procuratorem institui, qui Sebastiani Ziani legatum procuraret. Autem autem in dies multiplicatisque legatis,

DE REPVB. VENET. 209  
gatis, tertium anno M C LXX, oportuit creari, quo tempore Dux erat Raynerius Zenus, eaque ratione visum est negotia distribui, ut unus eorum templum, & sacras opes curaret; alter ea, quæ ab incolentibus urbem citra magnum canalem; tertius domum, quæ legata essent ab aliis incolis ultra eundem canalem. Nos ea consuevimus nominare de Citra, & de Ultra. Eodem quoq; Duce Raynero Zeno quartus electus est, & additus illi collega, qui res templi curabat. Bini alii creati sunt ejusdem rei gratiâ, cum Dux esset in republica Joannes Superantius. Sed ubi Franciscus Foscarius Dux est dictus, anno M C D XXIII, terni sunt adjeci. Quare Procuratorum numerus ad novem excrevit, ex quibus tres procurabant res ædis Marciae cum sacris opibus; tres legata in regionibus, atque tribubus tērnis citra canalem; tres reliqui in aliis, rotidem ultra ipsum canalem, quemadmodum etiam fieri consueverat, cum tres solum erant. Cæterum anno M D IX, cum à Ludovico Franciae Rege nostri exercitus ad Abdiam fusi fugatique sunt, compulsa quærendæ pecuniaæ gratiâ respubl. fuit ad ejusmodi honorem tribuendum iis, qui certum pecuniaæ numerum eidem

O. mutuò.

210 DONAT. IANNO T.  
mutuò concederent. Exinde tam insi-  
gnis accessio facta est, ut in præsentia  
sint numero quatuor & viginti. O-  
mnes autem hi, qui superioribus no-  
vem accesserunt, alii in alias ex iis tri-  
bus procuracyibus tributi fuerunt.  
Eorum administratio, ut exposui, ver-  
satur in distribuendis legatis. Habent  
etiam jus & autoritatem compellendi  
hæredes, ut ejus, à quo instituti fue-  
runt, voluntati pareant. Ducalibus in-  
dumentis ornati incedunt famulorum  
aliquo subsequente; à cunctis Magi-  
stratibus datur eis locus, nisi in pro-  
prio confessu; in supplicationibus quo-  
que, dum procedunt sociati cum Prä-  
fectis Quadragesima-virū, & Consul-  
laris per singula paria, claudunt ipso-  
rum latus à lèva gradientes. A signan-  
tur Procuratoribus ades ad habitan-  
dum, aut certè annua pensio aureo-  
rum sexaginta. Inter Senatores cuncti  
numerantur; non item inter Decem-  
viros, sed tantum novem, qui ex sin-  
gulis procuracyibus terni ab eo con-  
cilio eliguntur. Ad aliud verò Magi-  
stratum ipsius aditus non patet, præter-  
quam ad unum ex his duobus, aut ad  
maximis sapientes, aut ad Decem-viris  
Adjunctos. Sed quo tempore summus  
præfector classis, vel legatus in castris  
eligen-

DE REPVB. VENET. 211  
eligendus est, lex ad Senatum fertur, ut  
etiam Procuratorum omnium ratio  
haberi queat. Quod quidem ea de cau-  
sa institutum fuit, ut per viros magna  
exultimatione & autoritate res bellicæ  
gererentur, quales existunt ii, qui hac  
dignitate sunt prædicti. Majoribus au-  
tem Comitiis interesse non possunt,  
una Principis electione excepta, quæ  
singulari quadam lege fuit concessa.  
Superioribus temporibus moris erat,  
dum comitia majora celebrentur,  
eos interea versari ac morari in atrio  
Ducarii, & nisi dimissio concilio inde  
non discedere, ut præsto essent ad oc-  
currendum, si quid mali accideret. Et  
fortasse quoque fuit hoc ipsum in cau-  
sa, cur interdiutum sit eis comitio à  
majoribus nostris. Sed in præsentia  
consuetudo hæc obsolevit convenien-  
ti, commorandique in atrio Ducarii,  
donec habentur comitia, daturque illis  
opera. Id ex ea quiete ac tranquillitate  
profectum est, quam in nostra repu-  
blica contemplari licet, ex qua certè  
fit, ut nullus putet in civitate posse ac-  
cidere aliquid ejusmodi, quod præsen-  
tiam Procuratorum, ope mea deside-  
ret. Atque ut omnia, quæ dici possunt  
in hoc genere, absolvam, nullus est in  
republica alius Magistratus, quem  
O 2 nostri

nostri Patricii tantopere expetere so-leant. Vereor tamen, ne plurimum detrahatur ejus dignitati. Nam qui non-nisi multum proœcta ætate, spectataque virtute, hominibus honor tribuebatur, hoc temporibus nostris permul-tos vidimus, qui nullum privilegium haberent virtutis arque ætatis. Id verò temporum malignitati fuerit ascriben-dum, quæ necessitatem hanc reipubli-ca imposuit maximis difficultatibus implicant, graviterque affecta. IOAN. Cur hic Magistratus sit in ea opinione, causam nullam video. Frustrus enim utilitatis ex eo percepte, cum habitatio duntaxat, vel annua pensio sexaginta aureorum suppedetur, tantus esse ne-quit, ut expetendus omnibus idèo videatur. Sed nec etiam video, quomo-do habeat hæc administratio tantum dignitatis. Quamvis enim veniant in Senatum, communis est ejusmodi hon-or cum tam multis aliis, ut tantæ am-plitudinis esse causa præcipua non de-beat. Vnum est tantummodo, quod magni faciendum existimat, in con-cilium Decem-virum ascribi, quemad-modum ostendisti; sed tamen id no-vem duntaxat impertiri solet, quos etiam ætate, partaq; exsuffatione antecellere par est opinari. TRYPHO. Refut-ais,

ais, idque monere institueram, sed me-moria excidit. Quid verò spectat ad Magistratus autoritatem, neconon di-gnitatem, crediderim, acceperas illis re-ferendum cùsse, qui sunt insigniti hoc honore, perfundique hoc munere. Iis enim mandari confuevit vel ad hoc usque tempus, qui cùm prudentia, tñm probitate celeberrimi sunt. Quo fit, ut primarios viros ex Patriciis nostris hac dignitate ornari perpetuò contigerit, proprieaque etiam ex ordine procu-ratorio fuisse, quicunque ascenderunt ad summum apicem reipublicæ. Nam sè penumero ita evenire videtur, ut ar-tes, atque scientiæ aut nobiles habeantur, aut viles, pro eorum condicione, qui ipsas profitentur. Hactenus recen-sui, quicquid mihi venit in mentem de procuratoribus dicere, neque succurrit quicquam aliud, quod narrare valeam. Quare, nisi quid supereft, de quo etiam dubites, rationem judiciorum explicare incipiam, ubi certè, quidnam rei sunt Quadraginta-viralia Collegia, Trium-viratúsque Advocatorum, neconon Au-ditorum cùm Veterum, tñm Recen-tiorum, & cujusmodi sit Præfectura Quadraginta-virum, & Collegium fru-gibus providendis, tandemq; de Confi-liariis inferioribus, nonnihil intelliges.

214 D O N A T . I A N N O T .  
Hæc omnia cū sint invicem conjuncta  
atque colligata, propterea simul de o-  
mnibus differendū fuerit. IOAN. Nulla  
mihi dubitatio residerit, aut scrupulus,  
qui sit evelendum, in his rebus, quæ per-  
tinent ad Procuratores. Quapropter  
expecto ut ediseras, quæ preposuisti; ar-  
bitror autē & auditu, & notaru quām  
dignissima ellē. TRYPHO. In nostra ci-  
virate tria sunt cōcilia, quæ singula cō-  
plectuntur xl Patricios viros, ideoque  
nominantur xl-viratus. Primo ut au-  
spicemur ab eo, qui est minima digni-  
tate, nomē est xl-viratus civilis novus;  
hic cōcilibus causis audiendis vacat, sed  
externis tantum. Nam id genus provoca-  
tionis eo deferrī solet, quod à lente-  
tiis provincialium Magistratum da-  
tur. Alter appellatur xl-viratus civilis  
vetus, qui cōcilibus causis urbanis operā  
impendit, urbanorumq; Magistratum  
sentēcias omnes, quando provocatum  
fuerit ab ipsis, aut rescindit, aut sanctit.  
Tertius est capitalis xl-viratus, quippe  
qui rei capitali unus est p̄fectus, ur-  
banaq; & externa pariter cognoscit, nō  
à provocatione modò, sed re planè in-  
tegra, hoc est antequām judicari ullus  
Magistratus. Est aliud præterea concil-  
lium, seu collegium, quod nomen ha-  
bet à frugibus, ex tam multis Magistra-  
tibus

D E R E P V E . V E N E T . 215  
ribus coagmentatum, ut duo supra vi-  
ginti conveniant Patriciī viri; quoniam  
verò ii, qui p̄fecti sunt frugib; inter  
hos censemur, præterea concilium  
hoc nuncupatur collegium frugum.  
Quadraginta-viratus creandi est ejus-  
modi ratio. Per majora Comitia Qua-  
draginta-viri eliguntur, qui exegerint  
omnes trigesimum x̄tatis fūe annum;  
nullus enim est capax hujus Magistra-  
tus, qui nōdū emensuſ fuerit id cur-  
riculum temporis; cæteros autem Ma-  
gistratus quilibet obtinere potest, simu-  
latq; p̄veniret ad annum vigesimum  
quintum. Non absolvitur hæc elec̄tio  
una tantum die; sed octonis diebus,  
ita ut singulis eorum elegantur quini.  
Hi Quadraginta-viri primo ingrediun-  
tur ad cognoscandas provocaciones ex-  
ternas, quod munus est Quadraginta-  
viratus civilis novi, in quo verlantur  
judices menses octo; ali⁹ quadraginta  
creantur statim ab eo tempore, qui  
succedunt primis, illi verò transiunt  
in veterem civilem Quadraginta-vira-  
tum, cui dant operam iidem menses  
octo; & ad extremum evadunt judices  
capitales, conficiuntque juridictionem  
in tertio Quadraginta viratu, post-  
quam elapsi fuerint octo menses reli-  
qui, succedunt autē alii prorsus codem  
modo.

216 · D O N A T . I A N N O T .  
modo. Singula Quadraginta-viralia  
concilia tres Praefectos habent seu Pre-  
fides, & duos Propraefectos, qui honor  
est bimestrus. Illi à nobis vocari solent,  
capita Quadraginta-viratus Civilis no-  
vi; capita Quadraginta-viratus civilis  
veteris; & capita Quadraginta-viratus  
rerum capitalium. Ex his postremi  
sunt, quos convenire cum Duce, &  
Consiliariis superioris est dictum, &  
cum iisdem gerere personam Venetæ  
reipublicæ. Hi Praefecti, & etiam Pro-  
praefecti hoc pacto eliguntur. Vbi Qua-  
draginta-viri Civiles novi creati sunt,  
qui post octo menses evadunt veteres  
civiles, & post alios octo judices capi-  
tales, paucis ante diebus, quam incant  
Magistratum, in conspectu Ducis &  
Consiliariorum, necnon etiam Praefec-  
torum Quadraginta-virum, qui  
omne nomen Dominatus apud nos  
habent, in altera urna reponuntur  
quadraginta chirographa singulorum.  
nominibus inscripta; in altera quoque  
globuli sexdecim aurati inter alios vi-  
ginum quatuor obductos argento. Per-  
mixtis confusisque omnibus de in-  
dustria quam maxime, ex urna priori chi-  
rographum sortito depromitur, & re-  
citur id nomen, quod est in eo scri-  
ptum. Deinde globulus elicetur ex  
secunda,

D E R E P U B . V E N E T . 217  
secunda, qui si est ex argento, nihil ob-  
tinet ille, cuius nomine tuis elicitus; si  
ex auro unus, habetur ex Praefectis  
Quadraginta-virum binis primis mem-  
bris; alter, extremusque Praefectus  
non alia ratione colliguntur. Ad pro-  
ximos binos omnes quoque institun-  
tur eodem tempore atque modo tres  
alii Praefecti; sic etiam alii, atque  
alii tertio, & quarto loco, ut futuri sint  
omnes sursero bis seni. Post hæc tam  
diu chirographa pergunt ex urna sua  
ducere reguoad aurei globuli, qui adhuc  
sunt reliquæ quatuor, depromantur ex  
altera. Qui sortiti hos fuerint, nomi-  
natur Praefecti pro re nata, & sunt qua-  
tuor numero, quorum partes & officia  
jamjam explicabo. Simul etiam duo  
Propraefecti, atque hoc modo crea-  
ntur. Omnia nomina, quibus nihil ob-  
tigit, sunt autem quatuor ac viginti,  
conducuntur in urnam. Globuli quo-  
que undecima aurei, argenteis tredecim  
permixti, demittuntur in alteram. Sin-  
gula deinde chirographa extrahuntur,  
singulique globuli. Quorum nomina  
incidunt in aureos, hi sunt Propraefec-  
ti, primum par ad duos primos  
menses, alterum ad duos proximos;  
ita tertium, & quartum. Tres autem  
ultimi sunt pro re nata Propraefecti.

O s Qua-

Quapropter eodem tempore una designantur, qui futuri sunt cum Praefecti, tum Propraefecti tam binis primis mensibus, quam reliquis, uique ad octo deinceps. Quibusunque obrigerit in Quadraginta-viratu civili novo, ut instituantur Praefecti atque Propraefecti, sive sollemnes, sive pro re nata, retinent eundem gradum in Quadraginta-viratu altero ac extremo. Siquidem, ut diximus, Quadraginta-viri civiles novi, octo mensibus exactis, evadunt Quadraginta-viri civiles veteres, & post alios menses octo, Quadraginta-viri Capitals. Sedent igitur ii, qui dicuntur Capita Quadraginta-viratus civilis novi, in honestissimo ejus concilii loco, cuius sunt tanquam Praefides. Autoritatem verò habent statuendi de forma judicii, tollendique omnem controversiam atque contentione de causa agendæ ratione, si qua oratur; ut, exempli gratiâ, si veniret in disceptationem; Vrum haec illi cause prævertenda esset, an haec, & illa scripta essent recitanda, & ceteri id genus. Præcipue tandem eorum partes sunt, iis, qui controversias habent, legitimo tempore atque ordine copiam facere concili. Quapropter summo mane singulis diebus,

ante-

antequam Quadraginta-viri confundant, ipsi præveniunt, ut ejusmodi controversias audiant, atque dirimant. Propraefecti quidem idcirco instituti sunt, quod si quis ex Praefectis recusarerit ut iudex parum aquos, & addictus alterutri ex partibus, sive necessitudinis, sive alterius cuiusque rei gratiâ, qui subiret ejus locum, iudex minimè decesset. Pro re nata creantur adhuc Praefecti, ut in promptu sit, qui succedat, si quis Praefectus obtineat, atque ineat alium Magistratum: semper enim alium capere, si libet, sed eo, quem gerit, deposito, cuius licet. Quod si usu veniret, ut Praefecti solemniter omnes, qui erant pro re nata, & tamen adhuc esset opus alio; tunc res ad fortem revocatur, ac unus ex iis debet eligi, quibus in sortitione prima nihil obrigit. Eadem ratione si Propraefectus abiret suo Magistratu, ut gereret alterum, qui Propraefectus erat pro re nata in ejus locum succedit. Et si aliquis ex his desideraretur, fieret id, quod diximus, de Praefectis pro re nata. Sed postquam octo menses fuerint elapsi, Quadraginta-viri civiles novi transiunt in locum Quadraginta-virum civilium veterum, & ali Quadraginta-viri recens creantur futuri judicces

ces in Quadrageinta viratu civili novo. Quicunque igitur primo, secundo, tertio, & quarto loco Praefecti, sive Propraefecti per duos menses fuerant in Quadrageinta-viratu civili novo, eodem planè ordine, atque eadem autoritate sunt in altero proximo Quadrageinta-viratu. Porrò mensibus octo itidem transactis hi, qui erant Quadrageinta-viri civiles veteres, evadunt Quadrageinta-viri Capitales, necnon Quadrageinta-viri civiles novi, postmodo sunt veteres, & alii Quadrageinta-viri novi sunt creandi. Qui erant in veterum Praefecti atque Propraefecti, sunt adhuc eodem ordine Quadrageinta-virum Capitalium. Sed hoc tantum interest, quod horum Praefecti non in concilio, sed cum Duce, Consiliariisque sedent, quod superius exposui. In corum autem loco sedent inter judices Capitales tres Consiliarii, qui dicuntur inferiores, unâ cum tribus iis Praefectis, qui succedunt proximis mensibus, ex quibus unus quidem supra, alii verò duo consident infra ipsos, sed non semper idem; nam singulis hebdomadibus sedes permutantur, vicissimque locum superiorum tres illi obtinent. Quapropter Præsidum loco sunt in Quadrageinta-viratu ipsi Consiliarii,

DE REPVB. VENET. 221  
siliarii, unâ cum Praefectis autoritate legum referendarum, ut dicemus, prædicti. Adhæc in Comitiis creantur tres Magistratus, qui causas omnes præferunt ad Quadrageinta-viros, singuli verò ad id concilium, quod sibi est attributum. Primus continet Trium-viros Advocatores reipublicæ, à quibus causa perferuntur ad Quadrageinta-viros Capitales. Alter Trium-viros Auditores veteres, qui causas ad civile concilium vetus afferunt urbanas. Tertius Trium-viros Auditores recentiores, qui externas inferunt in novum Quadrageinta-viratum. Sanè Trium-virum Advocatorum Magistratus maxima est autoritate in nostra republica, & non nisi viris conceditur, qui & matura ætate, & probitate, & prudentia spectabiles habentur. Præcipua cura ipsi incumbit, ut leges non violentur; quapropter in judiciis reo semper adversatur. Si quis autem in civili discepratione causâ cecidit, tam actor, quam reus, & sententia lata est à provinciali Magistratu, nimirum, vel à Prætore, vel à Praefecto, qui mituntur ad urbes, atque oppida regenda Veneta ditonis. Hic Auditores recentiores adire potest, eosque omnibus iis argumentis, que sunt idonea fidei facienda

212 DONAT. JANNET.  
cienda edocere potest, de iniuria quam  
exstimas sibi illatā. Agitur verò causa  
partium apud hos Auditores, quo-  
modo acta fuit ad priorem judicem,  
proferunturque eadem tabula atque  
scripta, eadem testimonia, quoad fal-  
tem unus, si non simul omnes, inter-  
cedere statuat: intercessio ipsa refertur  
in publicum codicem. Vbi lis aesti-  
matur majoris, quam trecentis aureis,  
causa preferenda est ad Quadrangin-  
viros civiles novos; & qui reus erat  
ante judicem priorem, siquidem pro-  
vocet ipse, hic evadit actor; alter ex  
actore fit reus, tametsi neuter eorum  
nomen suum mutat. Nam qui reus  
erat initio, vocatur adhuc reus, atque  
ita etiam actor. Sed quando Auditores  
intercedunt, notari debet ab iis bime-  
stre spaciū non amplius concedi pro-  
vocanti, intra quod si copia non fiat  
eiderū concilii aliqua de causa, futurum  
ut adversarius conetur exequi senten-  
tiam judicis prioris. Quapropter is,  
qui ab Auditoribus obtinuit, ut inter-  
cederetur, ubi animadverit se concilium  
consequi non posse intra tempus  
sibi praesinitum, configuit ad Praefectos  
Quadranginta-virū, ut de interces-  
sione preferenda concilium consulant,  
à quo uno id præstari potest, & præ-  
terea

DE REPVB. VENET. 213  
terea à nemine. Atque ita demum  
prorogatur intercessio ad duos alios  
mensēs; & etiam si contingeret hoc  
tempus elabi non auditā causa, potest  
eodem modo impetrari alia proroga-  
tio, atque alia. Sed quemadmodum  
causa tractantur in hoc concilio, pla-  
nius, ut intelligas, hæc præterea dico,  
Reum, nempe illum, de quo præjudicia  
sunt facta ab altero judge, simulatque  
ab Auditoribus impetraverit interces-  
sionem, contendere ad Praefectos Qua-  
dranginta-virū, ut fiat copia concilii.  
A quibus certè sit, modo alia causæ,  
qua præcedant, non sint impedimen-  
to; aliōquā facere recusant, comperen-  
dinantq; ad triduum, neque enim po-  
fune ultra hoc tempus, quod omnium  
longissimum atque summum est, quod  
audiendis causis tribuant Quadrangi-  
nta-viri. Sed ubi demum concilii co-  
pia facta est, adlibitis iis patronis, quos  
libet, eōdem procedit, & jubet eos præ-  
se verba facere, aut ipsam verba facit.  
Actor etiam, nempe ille, secundūm  
quem pronunciata fuit altera senten-  
tia, aut ipse causam agit, si invult, aut  
causidicos adhibet, sed nullus est, quin  
causidicos adhibere malit. Præstant  
eam operam, aut cives, aut viri nobi-  
les, qui profitentur hanc facultatem  
cūm

cum tuendi, cum accusandi, mercedis causā, prout vel à reis producuntur, vel ab actoribus. Advocati ut juris periti sint, minime requiriuntur, nec etiam, ut illi facultati unquam operam derident. Satis est, ut in decretis atque sanctionibus reipublica sit egregie versati. Scias autem velim, antiquissima quadam lege cautum fuisse, ne quis habeat orationē ad Magistratum, qui non sit vir Patricius. Ideoque ejusmodi: Advocatos in comitisi vigintiquatuor institui, ex his tantum quatuor iis curiis, quae sunt apud Rivum altum; iii verò, quae sunt in ipso Ducario, ceteros attribui. Si quis alteri item intendit, aut in ipsum infertur, necesse est, ut alicujus opera ex ipsis utatur, & certam quandam mercedem eidem persolvat. Necessest autem huic vicissim imponitur, ut pro eo diligenter causam agat, à quo mercedem accepit. Sed ejusmodi consuetudo in praefectia admodum non tenet. Nam quamvis adhuc in more sit Advocatos creare; per pauci tamen causis agendis vacant, utilitatis, quam tamē percipiunt, fructibus contenti: Solet enim mandari hoc munus ferē tantum junioribus. His igitur opibus destituti, qui habent controversias, ad aliorum

patro-

DE REPVB. VENET. 225  
 patrocinium necessariò confugunt. Atque ita cum magna sit paucitas eorum, qui profiteri velint hanc artem, ex patrictio genere, permissa est aliis ea cura, contra quam lex præcipiebat. Sed ut ad rem institutam, locus, ex quo verba faciunt Advocati, satis eminentis est. Ad pedes Notarius adest Quadragesinta-virū, qui præ manibus tenet eas tabulas, quæ sunt exhibenda, frequenter verò inter orandum recitare jubetur aliud atque aliud caput, hoc aut illud scriptum. Singulis partibus ad causam dicendum præsumitum est certum sésqui-hora spaciū, excepto eo tempore, quod recitandis tabulis atque scriptis datur. Quapropter interea dum loquitur Advocatus, stat horologium, in quo arena defluit; inclinatur autem in latus, dum Notarius legit, ne quid ex constituto tempore depereat. Vbi repetitur oratio, de integro erigitur, ut magna quadam similitudo his nostratibus Advocatis cum antiquis Romanorum Oratoriis intercedere videatur. Posteaquam singule partes allegarunt sua iuxta, & & nihil aliud superest, quam ut feratur sententia, ex Quadragesinta-viris unus natu quidem minimus singulis judicibus ejusmodi sacramentum defert,

P. sic.

sic eum judicaturum, & recta conscientia persuaderit. Exinde suffragia adhibentur forendæ sententiz, que colliguntur in tribus loculis, una coagmentatis. Quicunque priorem sententiam rescidunt, inferunt in primum: in proximum, quicunque comprobant, quod laudare nos dicimus. Quibus nondum liquet, hi non sinceri appellantur, & in extremum loculum dejiciunt globulum, quem habent. Si plures numero sunt eorum, qui laudant, quam qui rescindunt, neutroque inclinant suffragia; causa tunc est perfecta, lataque est contra reum, hoc est eum, qui provocavit sententia. Quod si ea, quaz rescindunt, superant alia duo conjuncta; tunc intelligitur sententia prior nullius esse roboris, rediturque ad eundem judicem, si liber ab eo, qui gravem rem dicit. Nam Quadriginta-viri nihil aliud, nisi quod prioris judicis ipsam sententiam antiuant, aut irritam faciunt. Fieri autem posset, ut nonnihil aqui contineat ejus postulatio, secundum quem lata fuerat altera sententia. Quapropter ut obtineat, si quid esset aqui, potest iterum venire ad eundem judicem, novaque afferre postulata, & eodem plane ordine liti ac judicio perseguiri.

DE REPVB. VENET. 227  
sequi. Verumtamen si nulla pars alias utrasque superat, hoc etiam altero judicio res non definitur, proinde de integro causam agere oportebit non alio quidem ordine, quam fuit explicatum. In hoc autem judicio, quod est tertium, non habenda est ratio eorum, qui non sinceri vocantur. Quibus enim bis audita causa, tamen nondum liquet, pro certo existimari potest, fore ut amplius non liqueat. Quare spectatur eorum numerus modò, qui probant aut improbant, causaque demum obtinetur per eos, utri superaverint. Hac itaque ratione plurimum tribus continuatis judicis causa, cujuscunque generis ea fuerit, expediti solet. Antea spectare consueverat adhuc in tertio judicio, si quibus etiam non liqueret; atque ideo non superante una reliquas duas partes, nihil eo judicio decretum existimabatur, & opus erat orationem dictam iterare, eodem quidem ordine, sed ad multo plures judices. Accedebant enim Quadriginta-viri Capitales. Sed eo tempore, quod notari debet, Quadriginta-viri civiles novi nulli adhuc erant. Quare quicquid per eos nunc administratur, id administrari per veteres olim consueverat. Illud quoque

228 DONAT. I ANN. OT.  
prætereundum minime fuerit, ea die,  
qua prima judicium inchoatur, nihil  
aliud agi, nisi quod ipsa causa breviter  
proponitur; hoc est breviter ostenditur,  
cujusmodi sit ea res, de qua est  
disceptandum, nullaque alia re auditia  
tur in suffragia (vernacula nostra lin-  
guia *Ballota* nomine utitur, idque)  
etiam ego dum loquerer *Hetruscum*, to-  
ties usurpavi, ut existimem in nume-  
rum *Hetruscorum* jam receptum esse,  
donatumque ipsa civitate uti novum  
civem) sed unusquisque globulum eò  
iniciit, quo solent ii, quibus res non  
dum liquet. Reliquis diebus Advocati  
orationem habent pro suis quicunque  
partibus, & eo, quo dictum est ordine,  
cætera procedunt. Postremo judicio,  
quod prætermitti non debet, utrïque  
non semel tantum verba facere, sed  
quotiescumque liber, torties etiam licet,  
dummodo seculi hora non præterla-  
batur ad singulos cives, eademque die  
sententia plane terminetur. Quare in-  
terdum usù venit, ut partibus, oratio-  
nem sèpius iterantibus, totoque ma-  
tutino tempore consumpto, necessaria-  
rium sit terminandi judicij causâ, ut  
*Quadraginta-viri* conveniant rursum  
post meridiem. Si litis estimatio quin-  
quaginta quidem excedit, sed non au-

reos

DE REPVB. VENET. 229  
reos trecentos, admissa provocatio  
per Auditores pertinere intelligitur ad  
Collegium frugum ea de causâ insti-  
tutum, ut qb aureis quinquaginta  
usque ad trecentos omnes causas, tñm  
externas, quâm urbanas tandem de-  
finiat. Alternis porrâ mensibus, eas  
vicissim audit, & res aguntur eadem  
ratione atque ordine, quo apud Qua-  
draginta-viros, nullo intercedente di-  
scrimine, nisi quod oritur à numero.  
Siquidem Collegium frugum confla-  
tum est ex judicibus viginti-duobus,  
cum his viginti contineat Quadra-  
ginta-viratus. Quod si is fuerit infra  
quinquaginta aureos, neque ad Colle-  
gium frugum, neque ad Quadraginta-  
viros deferatur, sed Auditores ipsi pro  
sua potestate minimis hisce causis fi-  
nem runc imponunt, quandocunque  
tres simul, hoc est omnes convenient;  
aliòquin aliud judicium convocari fo-  
let, si altera pars petat ex tribus Magi-  
stratis coagmentatum, nimirum ex  
Auditribus cum veteribus, tñm no-  
vis, & ex iis, quos vocamus Catave-  
res; omnes aurem collecti sunt no-  
vem judices, ex quibus minimè septem  
adesse oportet, si sententia est ferenda,  
aliàs non fertur. Est autem rata ea  
sententia, qua superat dimidiâ par-

P 3 tem

230 DONAT. IANNOY.  
tem suffragiorum. Verum tamen si  
tres Auditores simul, omnes nempe  
consentient, opus est, ut exquo animo  
rem ferat is, qui causam cecidit. Atqui  
scire id oportet, si fortasse contingat,  
ut ne unus quidem ex Auditoribus  
velit intercedere, duobus mensibus  
elapsis, qui petit id, huic licere ad  
Quadragesima viros ita demum acce-  
dere, si deponat eam pecuniae sum-  
mam, qua Auditori persolvitur. Solet  
autem estimata lita pro centenis qui-  
busque aureis certum quid ei persolvi,  
dum tamen intercedat. Eo non inter-  
cedente ubi provocatio datur, pertinet  
id pecunia genus ad æxarium publicum.  
Nihil autem obtineri potest, nisi ea pe-  
cunia deposita fuerit, ac duo menses  
elapsi. Enimvero si controversia fuerit  
inter cives, hoc est urbana, qui provo-  
care intendit, Auditores veteres peti-  
tis à quibus quandocunq; provocatio ad-  
mittitur, aut imponitur liti finis, si  
minoris ea ducitur aureis quinquagin-  
ta; aut alterutro debet introduci, à  
quinquaginta ad trecentos aureos, in  
collegium frugum supra trecentos ad  
Quinquaginta-viratum veterem civi-  
lem, non alia ratione, quam fieri dixi-  
mus ad novum. Verum Capitalis de  
rebus omnibus cum urbanis, tum ex-  
ternis

DE REPVB. VENET. 231  
ternis pariter cognoscit, neque modò  
causas & crimina delata ex provocatio-  
ne, sed etiam ea, de quibus nullum  
præjudicium est factum. Nam quæstio-  
nes universæ maleficiorum constitutæ  
sunt de more in hoc ipso concilio, præ-  
terquam furti simplicis, cædisque non  
certo consilio factæ, quæ pertinent ad  
Trium viros nocturnos; vulnerum  
quoque in alia parte, quam in facie:  
hæc enim à Quinque-viris paci per-  
mitti solent. Quicunque igitur provo-  
care instituit ab aliquo Magistratu, vel  
urbano, vel provinciali, confugit ad  
Trium viros Advocatores, qui diligenter  
animadversa causa, & re probè in-  
specta, an sit intercedendum, mature  
deliberant; si visa fuerit intercessio non  
impertienda, omnisque pariter conveniant  
in hac sententia, remedium aliud  
nullum supereft, quam alios Advocatores  
praestolari. Si autem intercessio  
ni locus fuerit, qui sat is est, ut ab uno  
eorum præbeatur, eodem ordine atque  
ratione omnes res procedunt, sicut in  
ceteris cœiliis Quadragesima-viribus,  
non alio discrimine, quam quod in illis  
Auditores veteres ac novi, postquam  
intercesserunt, nihil aliud curant, par-  
tesque ipsa accedunt ad Quadragesima-  
viros, adhibitis patronis sive cauſidicis.

In hoc autem Trium-viri Advocatores non solum intercedendo provocaciones admittunt, sed etiam patroni munere funguntur ad xl-viros, causa per eos introducta. Qui verò provocavit, si reus erat, fit actor, tametsi non alio, quam rei nomine vocetur. Patrocinantur autem ipsi, vel omnes Advocatores, aut certe ille unus, qui decrevit intercessionem; sed qui apud priorem judicem fuerat actor, hic mutatus in reum, quamvis auctor maneat revera atque ita nominetur, aut ipse suam causam agit, aut adhibet Advocatos, quod in binis aliis Quadrageinta-virum conciliis fieri solet, idem quoque hic peragitur, atque eodem modo, quoad sententia feratur, aut secundum, aut adversus reum: illud, ubi ea rescinditur, fieri solet; hoc, ubi comprobatur sententia judicis prioris; adhunc tamen redire non amplius licet, quemadmodum in civilibus causis evenire solet, quandoquidem statuunt ipsi Quadrageinta-viri, an reus plectendus sit, & qua ratione plectendus. Rés autem hoc modo procedit. Advocatores, ubi fuerit antiquata sententia, quam prior judex rulit, referunt ad concilium ea de re, utrum reus aliqua pena dignus videatur. Si per plures obtineat, ut impunitus

tus

DE RE FVE. VENET. 233  
 eus discedat, eo ipso censetur statim absolutus. Verumtamen si plurimum suffragacione assentus non fuerit imputatam, Advocatores, Consiliarii inferiores, & Praefecti concilii sententiam rogant (prater hos autem nullus alius rogare potest)qua pena videatur ille afficiendus. Potest quidem fieri, ut omnes in eadem sententia conveniant; sed quandoque habent varias discrepantesque sententias: nam singulis referre de pena pro suo arbitrio datur. Pro singulis itaque sententiis colliguntur suffragia, eaque sanctur, in quam propenderint suffragia majoris partis, argue ita prout eadem jubet, reus pacnam subicit. Nonnuquam contingit, ut aliquis in iustè damnetur à Magistratu, quo post provocacionem absoluto, ejus in iustitiae penas nullus sit, qui pendat; Hoc enim in Magistratu ipso certum ponitur, erroris causam praebuisse non malitiam ullam, sed vel opinione, vel rei forte culpam. Præterea verò integrum est ipsi Magistratu, qua ratione cæteri se defendunt, subiugendum tueri. Quod si contigerit, hominem condemnatum fuisse propter falsum testimonium, quod aliquis dixerit, aut aliam accusatoris fraudem, que Magistratum induxerit;

P 5

duxerit; puniri solent illi testes, atque accusatores ea ratione, qua dictum est, dummodo sistentur; alioqui publica voce praeconis evocati citantur, quod à nobis stridare vulgo dici solet, hoc est certū tēpus definire, quo se sistere debeant. Intra hoc nisi se sistant, legitime damnari solent, hoc est bona publicantur, ipsi verò multulantur exilio, tandemque afficiuntur iis pēnis, quas ipse leges statuerint in reos contumaces; hoc autem modo cum omnibus agitur, si le non sunt citati. Sed multa pertinent ad hæc judicia singulari ratione, quæ in præsentia mihi satis minimè succurrunt. Ne graveris quæsto tu interrogare, si quid habes minus perspectum. IO A N. Nisi tibi grave accidat respondere, mihi quidem gratissimum fuerit percunctari. Cedo igitur, si quis provocat à provincialibus Magistratibus, qui adesse nequeunt, ut suam sententiā tueantur, quoniam modo res transigitur? T R Y P H O. Hac ratione. Aut ipsa controversia est inter actorem, & reum; ut si quis de illata vi postulatus condemnaretur; aut inter Magistratum, & eundem reum, quemadmodum sè penumero fieri solet, ut dentur occulta judicia, quibus à judice maleficil reus peragatur. In priori non est

DE REPVB. VENET. 235  
 est, quod Magistratus ipse laborer de sententia tueda, cum ad illum spectet, secundum quem lata fuit. In altera controversia, si reus provocat, Magistratus verò ipse constituit adesse, expectandum erit, donec jurisdictionem conficiat, ut tunc demum adsit. Quod si adesse negligat, permittere potest, ut Quadragesima-viri videant, statuantque quid juris, atque ita causa transigi potest arque terminari. Hoc autem quod dixi, commune est omnibus caufis, in quibus agitur res capitii, aut etiam civilis. IO A N. Cedo adhuc, quando Magistratus illi, qui sunt in provincia, sententiam tulerint contra aliquem, egelit afflictum; nam controversiae non minus inter pauperes, quam inter locupletes oriuntur, facinora quoque cum ab his, rūm ab illis æquè perpetrantur; sed tamen pauperibus, quia sumptus sustinere non possunt, non suppetit ea facultas, ut Venerias petant, sive causa civiles fuerint, sive capitales, quia sermo est pariter de omnibus; habetne igitur aliquid hac de re constitutum, quo licet illis obtinere jussum, quibus inopia moram inferat atque impedimentum? T R Y P H O. Maximè verò; Neque est, quod ipse putet, maiores nostros huic rei minimè suc-

236 DONAT. I ANN. OT.  
succurrisit, cui succurrendum maxime fuerat, si cuivis alii. Nam multis partibus sunt pluresegeni, quam divites, id quod omnes norunt; sicut autem majorem numerū conflant, ita minus ambitionis morbo laborant. Quamobrem si datur ipsi tranquille vivere à nemine oppressis, in eo plane acquiescent, neque turbas excitant; quo sit, ut ii, qui student novis rebus, ambitione adducti quiescere cogantur, dum cernunt illos quiescentes. Quod si contra fieri, atque inopes male accipiuntur, oritur inde seges magna seditionum, plurimumq; tumultus consequuntur, ubi ansa praetebet, nisi eorum, qui praesunt, vigilancia citò hęc mala sedentur. Argumento id est, quod civitates invadere statuentes, summi belli Duces potissimum in eam spem sunt erexit, ex eo quod viderent, populos malè acceptos non probè in suum Principem animatos esse. Prudenter itaque maiores nostri operam dederunt, ut non minus pauperibus, quam divitiis per leges ipsas liceret suum jus obtinere. Sanxerunt enim, ut Trium-viri Auditores novi ditionē Venetam universam in confinente biennio quoque iustrantes peragarent, & commorarentur ubique locorum aliquantisper, ut

DE REPVB. VENET. 237  
ut si quis esset, qui ad eos provocandi gratia conferre se non potuisset Venetias usque, is ejusmodi facultate minime caret. Dant igitur operam Auditores omnibus iis causis, quæ ad ipsos delatae fuerint, tam capitalibus, quam civilibus audiendis, ex quibus omnibus ex literis consignantur, que saltem uni, si non pluribus vise fuerint cum æquitate, & justitia conjunctæ. Venetias reversi referunt ad Quadraginta viros ea ratione, quæ est dictum, ad capitales, quæcumque capitis censentur; res autem alterius generis ad civiles novos. Quo sit, ut non solum Trium-viri Advocatores, sed etiam Auditores novi in capitali Quadraginta-viratu causas persequantur, sed non alias præter has, quas modò recensui. Et quia nimis longum atque etiam operosum esset, Auditores obire provincias maritimas, quadriennio quoque mos est creare Duum-viros, qui Syndici maritimis à nobis appellari solent, ut oppida & urbes, cunctaque adeo loca perlustrent, quæ in Dalmatia, in Illyrico, atque in Græcia obtinet res publica, præstatuti eadem, quæ Auditores in continent, relaturi quoque post redditum ad Quadraginta-viros vel capitales, vel civiles novos, prout cause

238 DONAT. IANNOT.  
causæ exegerint, quos quidem agunt  
non fecus, quam Advocatores. Itaque  
Syndici causam pro reo dicunt; con-  
traria pars adhibet Advocatos, ut dixi,  
aut ipsa pro se verba facit. Eas verò  
causas, quæ intercedunt reo cum Ma-  
gistratu, antequam iurisdictio confi-  
ciatur, agere non licet, nisi Magistratus  
ipse assentiaretur, quod superius monui.  
IOAN. Hæc controversialia, quæ oriun-  
tur ex provocacionibus, possumuntne ab  
aliis cognosci, quam à Quadraginta-  
viris? TRYPHO. Posseunt, sed non  
omnes. Nam de civilibus Senatus co-  
gnoscere potest, non item de aliis. Quæ-  
nam verò sit ratio cognoscendi, jam  
intelliges. IOAN. Ad Quadraginta-  
viralia concilia spectantne aliz cause,  
præter eas, quæ deferuntur ex provoca-  
tionibus TRYPHO. Vtique spectant,  
sed non ad alia, nisi ad capitale, quod  
etiam cognoscit, atque statuit de re  
adhuc integra, quemadmodum solet  
prior judex, ut superius dixi: Exempli  
gratia; si quis vitæ, aut fortunaram,  
aut existimationis discrimen, sive de-  
trimentum aliquod subierit, licet hinc  
pergere ad ipsos Advocatores, & ad-  
verfarium eorum criminū postulare.  
Causa verò suscepta per eos agitur, ut  
exposui superius. Multa preterea in  
hoc

DE REPVB. VENET. 239  
hoc Quadraginta-virali concilio per-  
tractari solent, quæ suscipiuntur ab  
Advocatoribus collegio jubente: ratio  
verò est hujusmodi. Fieri possit, ut ali-  
quis ex iis, qui maritimis rebus prefecti  
sunt, aut legatus in castris, aut orator  
apud Principes, aut quilibet alijs Ma-  
gistratus non obiret publicum munus  
ex præscripto, atque ex formula. Hæc  
ubi comperta fuerint ex literis, alisq;  
nunciis, quos de more venire omnes  
in collegium paulo ante admonuti, licet  
unicuique eorum, qui intersunt, adver-  
sus ipsum sententiam dicere, necnon  
referre ad collegas alios de eadem. Si  
quis autem ita ferat, velintne Magistra-  
tum non solum abrogari, verùm etiam  
illi mandari, ut se Advocatoribus tra-  
dar, & permittat; idq; sanctum fuerit  
in Rogatorum concilio, prout explica-  
vi, aut etiam in concilio Décemvirū  
(siquidem rara sunt ab alteruero  
comprobata, & iusta) reo tunc im-  
ponitur ea necessitas, ut se Advocatoribus  
sistat, à quibus oppugnari debet non  
fecus ac nocens; causa verò agitur ea  
plane ratione, atque ordine, quo supra  
memoravi, aut in cōcilio Quadraginta-  
virū, aut in Senatu, aut etiam in  
majoribus Comitiis, pro Advocatorum  
arbitrio, à quibus iuslī collegii suscep-  
tes

res fuerit. Eiusmodi sanè causa erat Angeli Trivisani, qui post acceptam cladem in Pado à Ferrariæ Duce negligentiæ reus factus est, accusatusque ab Advocatoribus ex autoritate collegii, imò verò eorum, qui reipubl. præsident (hoc enim rectè dici potest) pœnas quoque dedit. Non dissimilis fuit causa Ducis Lauredanii, de qua supra memini; neque verò illa Ducis Antonii Grimani, sed non paucis antè annis, quām perveniret ad eam summam dignitatem. Hic imperator ornatussum classis adversus Turcas in crimen vocatus est, quod cum hoste manum cōserere noluisset, eoq; inspectante amissâ Naupactus effet. Vraaq; verò causa cū proper objecta crimina, quæ levia nō erant, tūm proper eorum, quorum nomina delata fuerant, summam dignitatem, rejecta fuit ab ipsis Advocatoribus ad majora Comitia. IOAN. Nondum certè dixisti, quisnam ferre valeat ad majora Comitia, aut ad Rögatorum concilium, quandocunque ejus generis cause inibi tractantur.

TRYPHO. Ita est, sed nihil tibi omnino deperit: nunc enim ad hæc omnia explicanda ingredior. Ad ea concilia, quæ commemorantur abs te, Advocatores, aut eorum loco Auditores novi,

Syn-

Syndicique maritimæ, quorum autoritas est in causis provincialibus, Dux etiam, & Consiliarii, & Prefecti Quadragesinta-virum, de pœna, quæ sumi debet, jus habent ferendi. Ceteris omnibus, quoque in Concilio res agatur, in aliquam sententiam ex his discedendum fuerit. IOAN. Quando contingit aliquem comprehendendi, acq; in manu esse, ut questiones de ipso sint habenda, vel tornientis, vel alia ratione, quodnam genus instituti atq; juris apud vos est? TRYPHO. Praeculum sanè, atque ejusmodi, ut nihil eo melius, opinor, queat excogitari. Vbi res & causa delata fuerit ad Trium-viros Advocatores, sive integræ, quemadmodū fieri solet in priori judicio, sive ex provocatione, sive ex autoritate collegij, accuratè res ab illis expendi solet, suisque ponderibus atq; momentis examinari. Si fuerit gravis atque ejusmodi, ut existimandus sit, aliquod periculum imminentere, nisi celeriter & quam occultè res ea peragatur, jus est ipsis personis jubendi, ut comprehendatur reus, sed non jus, cum in custodia retinendi amplius quām triduum. Cum autem questionem de homine oporteat habere, perendi sunt Quadragesinta-viri exposita causa, ut quoad ipsa probet

Q cognita

cognita fuerit, ac dijudicata, per eos potestas fiat hominis retinendi, nec non in ipsa questione tormenta admovendi. Quæ sane potestas fieri solet, modò assentiatur major pars Quadrageinta-virum. Veruntamen si causa tanti momenti non fuerit, ut opus esse videatur tam magna celeritate, ac silentio, solent Advocatores petere à Quadrageinta-viris, ut liceat sibi reum comprehendere; qua facultate imperata non requiritur amplius alia, ut quem comprehendenterint, retinere possint: sufficit enim jus prehensionis datum, assentientibus Quadrageinta-viris ex majori parte. Sit exinde potestate questionis habenda, qua facta potestate comprehendendi sive retinendi, negari non solet. Questionibus praesit Collegium quoddam, quod constitutum est ex duobus Consiliariis inferioribus, rotidemque ex iudicibus nocturnis, atque ex uno Praefecto Quadrageinta-virum, & ex uno Advocatore, qui coram omnibus à reo quacrit. Is autem si causam suam tueri conatur, rationes & argumenta undique conquerit, refles quoque exteraque omnia, quibus innocentiam suam comprobare possit. Tunc autem, si quatuor è Collegio saltem id censeant, admo-

DE REPVB. VENET. 243  
admoventur tormenta, ut sensus doloris arque cruciatus ab eodem exprimat, quod proposito solum nesciu tacere constituit. Habita verò questio per unum à secretis refertur in codicem, & promulgatur ex more; nimis copia sit illius cum patronis rei, tūm Advocatis etiam pro contraria parte, si quis modò est, tandemque omnibus, qui cupiant legere, aut videre. Postea redditur ad ipsos Quadrageinta-viros, & eo, quo diximus ordine, cuncta peraguntur. Advocatores ipsi reum quam acerrimè oppugnant, qui vicissim adhibet Advocatos, ut suam causam orent, alteroque, vel summam certio judicio, ad extremum aut absolvitur, aut condemnatur. Post damnationem verò pœna definitur, quam pendere debeat, ex Advocatorum sententia, vel certè Consiliariorum inferiorum, vel Praefectorum Quadrageinta-virum, qui cum illis confident, ut necessariò sit ea pœna subeunda reo, quam maxima suffragiorum pars constituerit. IOAN. Si contingat, à Quadrageinta-viris minimè dari jus comprehendendi, aut etiam retinendi, quando jubentibus Advocatoribus reus datus in custodiā fuerit, quid tunc agi solet? TAYPHO. Si

Q 2 Qua.

Quadraginta-viri non tribuant jus præventionis , gravius quicquam de reo consuli non potest : alterutrum enim ponì necessariò debet , aut hominem in nulla re quicquam nocuisse , aut non ejusmodi , quæ digna sint animadversione tanti concilii , sed ad Magistratus minores de jure spectent , nimirum vel ad Trium-viros nocturnos , vel ad Quinque-viros pacis . Eadem ratione , si quispiam in custodiā tradatur , quem retinere per Quadraginta viros non licet , relatuus in integrum , atque liber abit , inhibito Advocatore , nequid ultrà perget .

I O A N. Prout singula miliū occur-  
runt , dubitationemque identidem af-  
ferunt , sic in iis percunctationes varias  
interpono , ut mihi non sit , si non  
nunquam complector ea , quæ nos sa-  
tis inter se coharent . Cum igitur fines  
imperii , ditiosisque vestra satis latè  
patere sciam cùm terra , cùm mari ,  
nec non satis amplam , & frequentem  
essè urbem , tanti imperii sedem , existi-  
mo necessariò fieri , ut magni concur-  
sus fiant ad iudicium tribunalia . Qua-  
propter explicari miliū , atque edicti  
cupio , quismam ordo , & quænam ratio  
solat adhiberi , ut citra perturbatio-  
nes expediantur . TRYPHO. Ratio ,  
& ordo

D E R E P V B. V E N E T. 245  
& ordo ejusmodi est . Causæ omnes ,  
verbi gratiâ , delatae ad Advocatores ,  
per unum à Secretis excipiuntur , liter-  
isque mandantur , primo , secundo ,  
tercio loco , ac deinceps , prout singulæ  
deferruntur . Quo verò ordine sunt ex-  
ceptæ literisq; mandatae , eodem plane  
inducuntur in Quadraginta-virale  
concilium ; nec alius ordo in secundo ,  
ac tertio judicio , quam in primo sta-  
tuitur . Prærogativæ tamen privile-  
giū est certis causis , quæ licet postre-  
mit fuerint , cunctis anteferuntur . Hu-  
ijsmodi sunt in carcere conjecto-  
rum , sepulturæ , medicinæ , farinæ ex  
farinaria taberna , mercedis pupillo-  
rum , conjunctorumque cause , utpote  
si pater in judicio disceptaret cum fi-  
lio , aut frater cum fratre ; Procura-  
torum tandem , hoc est quæ ad Procu-  
ratorum pertinent administratiōnem .  
Haec sunt causæ , quæ cæteras omnes  
debent antecedere : quæ donatae fue-  
rint hoc privilegio præter eas , non  
memini . I O A N. In quolibet concilio  
Quadraginta-virali evenire posse arbi-  
tror , ut extremo judicio utraq; ad-  
æquet urna , tam quæ rescindit , quam  
quæ stabilis aliquam sententiam , ita ut  
nihil omnino constituatur . Cedo ergo ,  
si quod remedium comparatum ha-

betis ,

Q 3

246 DONAT. FANNOT.  
beris, ne sententia, cum id evenerit,  
relinquatur anceps atque incerta.

TRYPHO. Si forte, quemadmodum  
ais, neq; rescindatur sententia, neque  
comprobetur, & res civilis agatur,  
permundatur judicis, succeduntque  
concilia Quadraginta-virum civilia,  
alterum in alterius locum. Quod si  
contigerit aliquid ejusmodi in Collegio  
frugum, causa provincialis atque ex-  
ternæ ad Quadraginta-viros novos;  
urbanas verò ad veteres sunt relisen-  
da, orandaque de integrō, quemad-  
modum in Quadraginta-viralibus con-  
ciliis fieri diximus. Enimvero si paria  
numero fuerint etiam tunc suffragia,  
in majoribus Comitiis lex ea ferri de-  
bet, ut Rogatorum concilium de ipsa  
re cognoscat. Lege sancta causa agitur  
in Senatu, atque in eo demum termi-  
natur. Atque ita controversiae ex pro-  
vocatione delatae ad Quadraginta-  
viros, pervenient etiam ad Senatum,  
quam rem antea declarare tibi polli-  
citus fueram. Sed tamen ubiquecumque  
capitis res agitur, à Quadraginta-viris  
roties iterantur suffragia, quoad in  
alterutram partem denique propen-  
deant. Igitur quæ ad Quadraginta-  
viros capitales cause deferuntur, has  
oportet ab iisdem expediri omnino.

Verun-

DE REPVB. VENET. 247  
Verunramen te latere non debet, fieri  
quoque posse, ut alterutra urna, quæ  
damnat, & absolvit, plus uno tantum  
suffragio nihil habeat; quod si accidat,  
neque rescissa, neque comprobata ha-  
betur sententia; ideoque rejicitur ad  
alios Quadraginta-viros cædem rati-  
one definita, quæ fuit jam exposita.  
Id autem institutum est ob eam rem à  
majoribus nostris, ne quis ab uno tan-  
tum judicaretur: hoc enim existima-  
bant nullo modo consentaneum esse.  
IOAN. Est ne tibi aliiquid compertum  
de primordiis horum conciliorum  
Quadraginta-viralium, & Advocato-  
rum, & Auditorum veterum, atque  
ad eos novorum. Adhæc quidnam ma-  
joribus velris causa fuerit, ut hos Ma-  
gistratus instituendos putaverint, at-  
que illa concilia. TRYPHO. Dicam  
tibi, quodcunq; mihi est in comperto.  
Trium-viros Advocatores quidam fe-  
runt institutos esse, cum Dux esset in  
republica. Aurius Mafropetrus, qui  
creatus est anno MCCLXXVIII. Quadra-  
ginta-viratus Capitalis, quo tempore  
fuerit institutus, nunquam intellexi.  
Videtur hoc verisimile, non aliam  
fuisse illi originem, quam Advocato-  
ribus, à quibus cause deferuntur ad  
Quadraginta-viros. Sed neque à veri-  
tate

Q 4

148 D O N A T . I A N N O T .  
tate fuerit alienum, Advocatores aliquanto prius extisile, & ad majora Comitia ferre consuevisse, quæ paulò antè, ut disserimus, instituta fuerant. Postea verò confluentibus causis & multiplicatis, nimis grave ac molestum vium esse, tam frequenter & crebrò convocandis Comitiis, à privatis negotiis homines distrahere. Hac de causa eam cogitationem suscepit, tanquam omnium optimam, ut alterum quod-lam concilium institueretur, perficereturque huic potissimum curæ audiendi provocaciones. Quanquam multi adhuc Quadraginta-virilis hujus concilii originem ad superiora tempora, multoque antiquiora soleant referre. Sed alii viderint, quænam sententia propriùs ad veritatem accedat. Antiquitus vacare solebant hoc concilium tam civilibus, quam capitalibus rebus audiendis, de quibus omnibus Advocatores ad ipsum ferebant. Hi verò eum tantum oneris sustinere non possent, multiplicata civitate, necnon auctio imperio, cùm etiam cause in dies magis abundantaret, propterea veteres Auditores instituti sunt Andrea Dandulo Duce, qui creatus est anno MCCCXLII. ut omnes causæ civiles, & urbanæ, & pro-

D E R E P V B . V E N E T . 149  
provinciales in Quadraginta-virilis collegium ab ipsis introducerentur. Propagatis autem imperii finibus in continentia, quo tempore Dux erat Michael Stenus, qui creatus est anno MCCCC, adeoque strenuè ac feliciter rempublicam gesit, ut in eius diritionem atque potestatem magna ex parte redegerit, quemque in Galia Cilalpina modò tenet oppida; cum itaque permultum causa crevissent, ex hac propagatione necessarium fuit alios Auditores creare, qui novi, hoc est recentiores nominati sunt, ut introducerent causas civiles provinciales. Et quia tot, tantisque; negotiis expedientis factis non erat unus Quadraginta-virilis, institutus fuit is, qui dicitur vetus, ad cognoscendum pariter de causis externis, atque urbanis omnibus, per Auditores veteres atque novos introducendis. Contigit hæc institutio temporibus Francisci Foscari, qui creatus est Dux anno MCDXXIII. Temporibus vero tandem nostris Quadraginta-viratus civilis novus insuper accessit, cui permisso fuerunt provinciales, urbanæ verò causa veteri duntaxat reliæ. Antequam novus Quadraginta-viratus adhiberetur, ita res se habuerat. Auditores cùm veteris, tunc novi,

Q 5 si quæ

si quæ lites æstimabātur minoris quam aureis triginta, has omnes transfigere solebant, sed quique suas. A triginta usq; ad aureos trecentos cause omnes pertinebant ad Collegium frugum; supra hunc numerum statuebant veteres Quadrageinta-viri, quos adire oportebat: Auditores autem veteres urbanas, & provinciales causas novi introducebant. Hi quoque pariter atque illi, quod notare debes, non solum provocaciones admitebant intercedendo; verum etiam se interponebant, atque orabant ad civiles Quadrageinta-viros, quemadmodum ad capitales modò solent Advocatores, causas eorum omnium, pro quibus intercessissent. Sed his temporibus nihil aliud præstant Auditores, quam intercessione; cetera permittunt, ac relinquunt eorum industria; quorum præcipua res arq; utilitas agitur. Id, quandoquidem primum mihi nunc occurrit, te celare nolui. Advocatoribus autem res capitales, sicut in praesentia sunt, ita etiam curæ tunc erant, easdemque in concilium Quadrageinta-virum Capitalium introducebant eadem planè ratione, qua modò solent. Ex his ergò intelligere potes, ex quo novissimus Quadrageinta-virus institutus

DE REPVB. VENET. 251  
tutus est, haud ita multa immutari contigisse de instituta ratione judiciorum. Ceterum de Collegio frugum nihil habeo dicere, quod quidem spectet ad initium, atque ejus originem: nunquam enim legisse me recolo, aut ab alio accepisse, quibus temporibus institutum fuerit; non dico de iis Magistratis, ex quibus constat, verum de re conflata, coagmentataq; ex ipsis, cui nomen est hoc tempore Collegium frugum. Conjecturæ tamen cuidam locus est, aut non multò ante, aut certè paulò post exordium illud habuisse, quam verus Quadrageinta-virus institutus esset. Verumtamen hac in re diutius non esistendum, que ignorata nihil omnino detrimenti, comperta nihil utilitatis poterit afferre. Hoc unum prætereundum minimè duxi, cum magna sit occupatio in propriis rebus eorum Magistrarum, ex quibus Collegium conflatur, propterea quae difficile admodum convenire possint nostrates homines; hac re animadversa, ut judicia sint magis expedita, minusque incommodi percipiant ii, qui controversantur, in ea cogitatione diu multumque versari, ut per majora Comitia Triginta-viris electis, quemadmodum in omnibus

Magis-

Magistratibus fieri coniuvit, ad ob-  
eundum hoc ipsum munus Coll. gii  
frugum, praecepum quadam Conci-  
lium instituatur, quod in nulla alia  
cura sit occupatum, voceturque con-  
cilium Triginta-viridum. Persequentes  
autem opere id, quod animo cogitant,  
brevi quoque perfecturos periuasissi-  
mum habeo. Hac de re certe moni-  
tum propterea te volui, ut nulla cap-  
ret admiratio, si quando audires, Col-  
legium frugum tandem obsolevisis.  
Expono, si quid habes preterea, quod  
querendum putes. IOAN. Dixisti an-  
te, certum quemdam numerum pec-  
unia. Auditores ab ii, qui contro-  
versias haberent, accipere solitos. Re-  
censito mili nunc accurate ac diserte,  
quodnam laboris atque industrie pre-  
mium percipere debeant non solum  
Auditores ipsi veteres ac novi, sed etiam  
Advocatores & preterea judices, quos  
equidem arbitror multum laborare in  
obeyendo, ac praestando munere, prout  
debet. TRYPHO. Ut de Auditoribus cū  
veteribus, tūnā novis primo loco di-  
cam, qui iudicio reputunt aliquid, hoc  
est Actores, & urbanos Magistratus  
cūm primū adeant, quanti res con-  
troversa aestimata fuerit, tantūm per-  
solvere debent iisdem certo quodam  
nume-

DE REPVB. VENET. 253  
numero pro centenis quibusque aureis  
definito, ac tributo; nos appellamus  
Carattos id pecunie genus, quod etiam  
ab iis, qui provocant, Auditoribus,  
dummodo provocaciones admittant,  
præberi solet, ubi tamen Quadragesima  
viri sententiam rescindunt. Quando-  
cunque id contingit, judices priores,  
quicquid acceperant pecunia ab iis,  
qui contendebant, restituere coguntur  
ipsis Auditoribus, qui certe non sunt  
participes tunc illius lucri, cum senten-  
tia fercut à Quadragesima viris contra  
provocantes. Magistratibus autem,  
qui sunt in provinciis, à contendenti-  
bus in iudicio quicquam non perolvitur,  
sed à provocantibus tantum Au-  
ditoribus novis, impetrata nimirum  
intercessione, rescissaque sententia.  
Trium-viris Aduocatoribus, præter id  
stipendium, quod ex æario publico,  
sed exiguum ferunt, non nihil cedit in  
lucrum ex impositis multis, nec non  
ex iis rebus, quæ fraudatis portoriis,  
sive importando, sive exportando fue-  
rint intercepta; ut, præterquam quid  
bonitatem est hic Magistratus, non  
parum suetus quoque affterat & emo-  
lumenti. Quadragesima viri ex quo-  
libet Quadragesita-viratu, quotiescum-  
que conventus corum celebratur, ter-  
tiari

tiam partem aurei nummi singuli lu-  
crantur. Omnes quidem mane de-  
more convenire solent; sed ubi conve-  
niunt à prandio, ex eo quod res ita  
ferat, XL-viri civiles nihil amplius  
habent; capitalibus tantum stipendium  
duplex obtinet. Ad hunc verò quasi  
calcem spatio decurso (nunc enim in  
hujus rei memoriam incurro) obito-  
que tripli Quadraginta-viratu, &  
transactis partibus, nemini licet in nu-  
mero eodem reponi, praterquam octo  
mensium intervallo; tamdiu redditus  
intercluditur ad eam petitionem. Cedo  
modò si quid aliud occurrit. IO A.N.  
Cujusdam Magistratus nocturni me-  
ministi, ex quo duo cum collegis ca-  
teris præcessent capitalibus questioni-  
bus, cum de reis haberentur, sed quis  
foret hic Magistratus, non exposuisti.  
TAYPHO. Non insicior equidem; nam  
id prætermis, ut non interrumperetur  
narratio, qua instituta esset. Sex viri  
patricii in custodia urbis collocādi, ex  
singulis tribibus eligi singuli consue-  
verunt, qui omnes communī nomine  
vocantur judices nocturni, propterea  
quod nocturna malitia puniebant  
olim; sed hac tempestate nonnulla  
certe, qua nocte; non pauca tamen,  
qua luce palam committuntur, jure

suo

DE REPVB. VENET. 255  
suo vindicant; cujusmodi sunt illæ  
fraudes atque fallaciæ, in quas impellit  
aut pecuniarum aviditas, aut alii pravi  
cæcique animorum motus. Ceperit hic  
Magistratus creari, quo tempore Dux  
era in republica Marinus Mauroce-  
nus; atque initio duos habuit, quorum  
alter citra canalem, ut dicimus, hoc  
est maximum Euri pum; alter verò ultra  
nocturnas vigillas agebat: his porrò  
quatuor adjecti sunt, Duce Raynero  
Zeno. Sex tanguam primarii. Duces  
sunt ipsis tributi, qui tot ministros at-  
que satellites sub manu habent, quot  
necessarii putantur ad præstandam  
operam. Tres ex his Ducibus unâ cum  
suis cohortibus pernoctant ad Duca-  
rium, & ad D. Marci vicinitates &  
confinia quoque obire soliti. Totidem  
alii versantur in Rivo alto, finitimaque  
loca iidem perlustrant. Curare de-  
bent, nequid mali accidat in urbe, ne  
quis offensionem alicande accipiat; ar-  
mati, quibus intervenerint, arma de-  
trahunt, & quoquinque deprehende-  
rint in facinore, è vestigio comprehen-  
dunt, traduntque in custodiā; son-  
tes autem ab ipsis judicibus nocturnis  
judicati plebuntur, ubi delicta perti-  
neant ad eum Magistratum; aliquatenus  
eorum arbitrio permitti debent, qui  
legi.

legitimi sunt judges ad ea constituti. Sed mei consilii non est, hujus Magistratus, neque alterius cuiuscumque singula persecuti. Hanc enim disputationem aggredi nolui, quia longior est, neque id modò, sed etiam quia, cum ab urbe diu multumque absum, ex usu atque fori consuetudine eam notitiam non habeo, que necessaria est ei, qui alterum condescendit. Futurum est aliquando, ut Venetias adeas; ibi reperire non paucos, & facilè poteris, qui tibi planè rationem Magistratum explicent; & si omnes alii desuerint, certè noster Hieronymus Quirinus nunquam tibi deerit, vir non minus humanitate atque comitate, quam insigni doctrina & facundia ornatus. Veruntamen si quid habes adhuc ambiguum de judiciis, explica nam si præterea nihil ambigis, aliqua de Censoribus dicam, quos in extremam narrationem ea de causa rejeci, quod minus pertinere videbantur ad ea, que sunt dicta. De his igitur agendum fuerit, modò tu ita censeas.

IOAN. Ego vero censco, nam rationem judiciorum, quam probè explicasti, ita cognitam perfectamque habere me puto, ut nihil sit relictum, de quo amplius addubitem. TRYPHO. Bini sunt Censores, qui Magistratus non ita pri-

dem

DE REPVE. VENET. 257  
dem institutus est ad coercendam ambitionem Patriciorum. Antequam vero hi Censores crearentur, Trium-viris Advocatoribus, & Praefectis Decemvirum iis, qui sedent in eminentissimo loco Comitiorum, dum Magistratus eligebantur, id erat curæ, ne quis ambitione sua corrumperet jura, eaque reipublice operam sedulò navabant, ut opes, aliaque adjumenta corrupte id genus nemini viam struerent ad eos Magistratus, quos aliquia obtinere, & allequaque nunquam potuissent. Itaque posteaquam electi erant Magistratus, nondum Comitiis dimisis investigabant, an aliquid animadversione arque pena dignum commisissent iij, qui homines fuerant confecti. Deprehensor autem in crimine reos peragebant, quemadmodum in judicis fieri supra dixi, tanquam legum, & reipublicæ status eversores. Sed cum in dies augeri ambitione plane videretur, tandemque allaura perniciem communibus rebus, nisi remedium opportunum adhiberetur, recens hic Magistratus institutus est, cuius est ea cura præcipua, ut inter viros Patricios ambitum cetercat. Sed ut in eo, quod tibi tum publicitus, fidem meam liberem, clandestinè certorum hominum conspiratio-

R nes,

nes, qui venalia cum haberent suffragia, quatum faciebant, hujus Magistratus creandi causam attulerunt. Hi cum ambitionisfimis quibusq; coitione facta, qua die Magistratus erant tribuendi, constitutam inter se rem jampidem habebant, in quem omnium suffragia convertenda essent: poterant autem licitantibus duplex obsequium praefare. Nam siquic beneficio fortis consecutus fuerat arbitrium, potestamque nominationis (qua ratione, dixi) is autem aliquem ex iis nominabat, in quem constituisse ea die suffragia conferre. Omnes alii deinde suffragabantur, ut electio in Comitis comprobaretur. Sunt, qui hac re facta perperam animadversa, cum etiam intelligant, apud nos moris esse, ut Magistratus aliquando venales proponantur, in eam sententiam sunt adducti, ut censeant labefactatum iri statum reipublice, & in tyrannidem aliquam degeneraturum, fin minus hac ipsa, filiorum falem state. Veruntamen quando Censores instituti sunt, nihil eiusmodi vereor, animi securus; nequa pernicies ingrueret inde, formidarem, si hac tempestate Censores nulli essent. Quibus hoc mihi persuadeam, intelliges alias, quandoquidem haec considerare

DE REPVE VENET. 259  
rare non est hujus loci. Supersedere tamen nolo commemorationi explicacioniq; ejus cum rationis, tum usus, quo venales haberit solent nostri Magistratus, ut si quatenus aliquid detrahit virtutibus, atque opibus adjicit, ex quo fieret, ut attentiores ad has homines evaderent, remissiores autem ad illarum studia, non sine maximo publici boni detrimento, propterea videatur haec consuetudo non satis probanda; intelligas tamen aliqua ratione defendi, tolerarique eam posse. Quando aliqua necessitate respublica urgetur, ii, quorum interest operam navarc facienda pecunia, utpote collegium, quemadmodum explicavi, & etiam Concilium Decemvirum, praeter alia, de quibus constituerint vel ad Senatum, vel ad Comitia referre, nonnunquam de his referunt, ut vel ii, qui futuri sunt Senatores, data pecunia, vel quatuor Procuratores, aut sex elegantur, aut alii denique Magistratus illis tribuantur, qui suis facultatibus opem reipublice tulerint. Leges autem ejusmodi ferri possunt tam ad majora Comitia, quam ad Senatum. Sed quotiescumque Senatus-consultus fuerit, consuli debent præterea majora Comitia, quem tamen possunt eiusmodi sancire incon-

260 DONAT. IANNOT.  
fulto Senatu. Quicquid igitur Comitia  
decreverint, exequendum erit; alia  
verò ineundre rationes, si quicquam  
non sciverint. IOAN. Antea dixisti,  
quantum universa respùblica, tantum  
dem poslè quoque concilium Decem  
virum. Quidni ergò ferantur ejusmodi  
leges ad Decem-viros, eorundemque  
autoritate jubantur? TRYPHO. Ius  
omne Magistratum creandorum est  
penes Comitia, cætera Decem-viri  
summam habent autoritatem. Que  
causa est, cum referatur ad Senatum de  
aliqua re simili, ut semper ea conditio  
sit adjicienda, referendi potremò ad  
ipsa Comitia. Re comprobata plane  
que constituta, ubi visum maturum  
fuerit eos Magistratus creare, qui com  
mittendi, concrederentque sunt civi  
bus, æxari publici inopis subvenienti  
bus; principio quaterni ordines Electo  
rum sunt, quemadmodum in crea  
tione qualibet fieri solet; & quia con  
tingit nonnunquam, quod superius  
monui, ut non plures ordines, quam  
bini competitores renuncient, hic ad  
renunciationem quatuor adhibentur.  
His autem competitoribus alii adj  
iciuntur ea ratione, quam Scrutinium  
appellari dixi, per Rogardrum conci  
lium renunciati. Nam dum ab Electro  
ribus

DE REPVB. VENET. 261  
ribus datur opera, ut elegantur ac no  
minentur candidati sui, interea sece  
dunt in conclave proximum, in quo  
concilium Rogatorum de more cogi  
tur, omnes, qui jus suffragiorum ha  
bent in Senatu. Quicunque autem no  
minari cupit, ad fores accedit, & cum  
qui est à secretis, ea de re monet. No  
mina eorum in chirographa singula  
inseruntur, & educuntur ex urna for  
tis ipsius ordine subjicienda suffragijs  
ab egressi statim. Candidatus porrò  
statuitur ejus Magistratus, quisquis ita  
suffragia propria tulerit, ut supereret co  
rum dimidiā partem. Renunciantur  
hi postea in ipsis Comitiis; sed ante  
quam pro ullo contingat in suffragia  
ire, is liberaliter offert reipublicæ, quic  
quid eidem commodare statuit, aut  
potest, supra id, quod fuerit præscri  
ptum atque constitutum. Atque ita  
demum suffragia conferuntur, addi  
tura, adjudicaturaque illi Magistratū  
in quem plura collocata fuerint,  
modò non infra dimidiū. Est ubi  
minora pollicitus obtinet Magistratū,  
siquid habet insigne ad exitiatio  
nem, & decus. IOAN. Quenam pe  
cuniæ summa præstitu fieri ejusmodi  
Magistratum creationi? TRYPHO.  
Maxima nunquam definitur, sed mi  
nima

nima tantum, eaque pro temporum conditione ita variatur, ut modò plus, modò minus mutuum detur. Hoc anno, cum pecunias multis opus esset reipublice ad sustinendos bellicos sumptus, quos ideò facit, ut legitimò Principi Mediolanum restituatur, lex in Comitis lata fuit, ut certi quidam Magistratus illis mandarentur, qui commodarent ipsi reipublicae decentis aureis: supra id licet unicuique polliceri, quantum liber. Cum primùm ejusmodi mos obtinere cepit, constituebatur id, quod præterenndum non est, ut Magistratus traderneret etiam nihil pollicenti, modò dejecteret alios, qui pollicerentur, supra dimidiam partem pluribus suffragiis; quod certe non semel quoque usi veniebat. Sed competitoris erat ex eorum numero, qui renunciabantur per quatuor Electoru mordines. Nam per Senatum nullus, nisi ea conditione, ut pollicendum quid esset, nominabatur. Et quia contingere potest, ut Senator evadat, ubi pecunia in Senatum patefacit aditum, is qui Senator aliòqui creatus non esset, præteritis aliquibus ex illis, qui futuri erant, ut in hunc numerum omnes referantur, qui communis opinione prudentes habentur (nam Senatorium munus

munus est ejus momenti, quod tibi compertum est persuasum habeo) per majora Comitia hi quoq; alciscuntur, ubi creandi sunt ii, qui vocantur Adjuncti, non quod ulla lex cogat, aut jubeat eos eligi, sed quia in ejusmodi re quilibet ita fieri oportere intelligit. Mos hic habendi venales Magistratus, sed falso ita dictus, anno M D IX, cœpitus est haberri, quo tempore hostris copias fusis fugatisque in prælio cum Aloysio XII, Regæ Gallie gesto, coacta fuit respublica sustinere se, quibuscunque rationibus fieri potuit. Veruntamen, quod animadvertere potes à te ipso, non satis est ad asséquendos Magistratus polliceri pecuniam, sed oportet etiam competitores superare suffragiis; nec unquam nisi difficultissimis temporibus ea res usurpatu riorum, quo fit, ut corruptelæ genus minimè videam, quod à nonnullis prædicari, immò fingi solet, neque tamen id approbare velini ea de causa, quam dixi. Nihilominus aliiquid concedendum videtur conditioni temporum. IOAN. Ne graveris, amabo, illud mihi expōnere, cur in creandis Magistratibus pecuniæ causa præter eos competitores, qui legitimi sunt, alii quoque per Se natum constituuntur; & cur ii Magi stratus,

264 DONAT. IANNOZ.  
stratus, qui non plures exigunt quām  
duos, quatuor ordinibus Electorum  
opus hoc tempore habeant. TRYPHO.  
Hæc propterea fiunt, quod ad rempu-  
blicam deferuntur eò plura & majora,  
quod major & frequenior numerus est  
competitorum. Postremis autem Com-  
itatis, id quoque scias velim, prouni-  
ciari palam eos Magistratus, qui crea-  
di fuerint in sequentibus pecunia causâ,  
quod suppetat unicuique tempus dandi  
operam, ut eam, quam expedit, sibi  
dignitatem comparet, cùm procuran-  
da impetrandaque à Senatu electione,  
tum providè aque mature iis ex-  
pediendis, quæ sibi adjumento futura  
sunt ad id, quod intendit. Sed eò re-  
deamus, unde sumus digressi. Quod  
in conclavi describendo supra monui-  
mus, in quo Comitia majora celebran-  
tur, sedent Cenfors in loco eminenti-  
ori, atque his temporibus obuenit su-  
stinentque eas partes, quæ Advocato-  
ribus, & Præfectis Decemvirum com-  
missis anteas fuerant. Sed emendandi  
atque corrigendi præterea jus habent,  
quicquid pravi usus, & corruptæ am-  
bitionem inducit. Quapropter legem  
quandam tulerunt propè ante bien-  
num, quacum iis, qui obtinerent Ma-  
gistratus, consuetudo congratulandi  
fuit

DE REPVB. VENET. 265  
fuit omnino sublata. IOAN. Tantone  
reipublice detrimento erat, ut esset  
ea consuetudo latâ lege tollenda?  
TRYPHO. Erat cuidam potius de-  
cori, quām ulli detrimento. Creatis  
enim Magistris, qui voti compo-  
tes fuerant, illicè certum aliquem lo-  
cum infidebant, in quo Patricii vel o-  
mnes, vel maxima ex parte, dum egre-  
derentur conclavi, in ipsis incidenter,  
& congratulationes vulgo concelebra-  
bantur, cum quicque videri veller ho-  
noris auctor, etiamque cunctis opibus  
adversus esset. Quo in genere fatis  
multa intercedebant vulgarium homi-  
num magis imperitiae, quām gravitati  
patricie verba accommodata. Nunc  
igitur obsoleta sunt hæc studia, atque  
hic pravus usus abolitus est opera Cen-  
forum, atque diligentia, qua certè fu-  
turum esse persuasum habeo, si modò  
is, qui rebus omnibus prospicit, con-  
stitutum id haber, ut aliquot secula  
vigeat ea res publica, quæ ornata est  
optimis institutis, & sanctissimis legi-  
bus, ut si non aliud, saltem documenta  
præbeat, quemadmodum se gerant,  
atque regant civitates Italie, ne qua  
tyrannide opprimantur libertate amil-  
fa; futurum, inquam, existimo Cen-  
forum industria, ut depellantur à repu-  
blica

blica omnes illi morbi, quibus aliqua pars ejusdem afflisci posset. Haec enim ejus administrationis universa ratio, qua sustinentur res omnes publicæ, fuit à nobis exposita, & singula quæque tam accurate explicata, ut opidò paucis, si fallor, prætermisda fuerint. De singulis Magistratibus, ut prædicti, nihil quidem agamus; alius erit de his omnibus disferendi locus, aut certè poteris ab iis querere, & audiare commodius, qui probè gnati sunt harum rerum, Venetias profectus. Nunc est habēdus sermo de iis quinque rebus, quæ debent esse comperta cuilibet homini, qui veniat in communionem ipsius civitatis; sed nolle me tibi molestus esse tam longa oratione. Io A.N. Sermones tui mihi esse graves nullo modo possunt, quandoquidem aviditas audiendi plurimum augetur eorum, quæ tu commemoras, grata quadam varietate. Argumenti præterea genus ipsum tam grave, ut nullus sit tam degener, abjectoque animo, quin ejus desiderium atque studium facile commoveat, attentioreme reddit, efficique, ut molestia & satietas, si qua oriri posset, convertatur ad animi fructum atque voluptatem. Quamobrem nisi tu labore disputationis

DE REPVB. VENET. 267  
expeditionis hujus defessus es, per me licet expediā omnia, quæ dicenda sunt. TRYPHO. Facilè patior omne id absolvī, quod est institutum, cum præsertim hac die ipse mihi videar ad hanc disputationem maximè paratus. Fieri posset, ut non essent ita promptius aliás. De iis igitur quinque rebus, quas commemoravi, quantum pertinet ad rem nostram, dicam, neque singula persequar. Universum imperium nostra reipublicæ, quod neminem præterire perfusum habeo, duabus omnino partibus continetur, quarum altera spectat ad continentem, & ad mare altera. Vtrinque sui fructus uberes ac multi; sed uberrimi atque plurimi sunt ex continente, præcipueque ex regione Longobardorum, in qua, præter alia non exigua, septem nobilissimæ urbes sunt in nostra ditione, Tarvisium, Patavium, Vicentia, Verona, Brixia, Bergomum, & Crema. Mari quoque respublica nostra dominatur in Cypro, in Creta, in Coreyra, præter alias Insulas; oramque marinam tenet Illyrici, Dalmatiae, & Histriae satis longo tractu, in quo non paucæ sunt urbes, & quam plura opida, ex quibus emolumenta non modica nostra civitas capit. Ejus autem vesti-

vestigalia amplissima sunt atque multiplicita, utpote rebus omnibus, que vel importantur, vel exportantur, imposita portoria, inter qua centena milia florenorum afferunt, quod pro vino duntaxat solet exigere; adhuc scriptura maris, atque continentis, Decumae, & Centus patriciorum, omniunque ci-vium. Est hoc tributi genus illi per simile, quod a vobis Arbitrium appellari audio. Sunt enim multi ex Patrio, atque ex ci-vium ordine, qui licet fundos atq; agros minimè possideant, negotiationis tamen causâ sunt locupletissimi. His ergo pariter, atque illis hoc tributum imponitur, quod tantæ apud nos nomen habet, hoc est assi-mationis; quandoquidem singulorum opes, atque facultates de more taxari debent, id est estimari, & quanti res uniuscujusque fuerint estimare, pro eo constitui, quid illi dependendum sit. Asleveranter à multis affirmatur, ex omnibus vestigalibus urbis, maris, atque continentis, in annos singulos supra ducenta millia decies aureorum colligi. Reditus nostros annuos summatim descripsi: siquid magis enucleatum distinctumque cupis, tabulae accepti consulende sunt, & rationes ipsæ, quæ referuntur à vestigalium Praefectis,

DE REPVB. VENET. 269  
 factis, investigande. Sed quemadmodum res urbanae pariter, atque exter-næ fructuofissime sunt, ita etiam non modici sumptus, qui jugiter sunt. Principio terrestrium copiarum du-cem continua stipendia merentur apud nos habemus, cui premia fatis ampla constituta sunt, & iis cohortibus militum, quas non paucas conductit. Hac dignitate fuit ornatus à nobis prope ante biennium Franciscus Maria Roboreus Urbini Dux, vir & rerum bellicarum scientia, & insigni prudentia, præter alias innumeras animi virtutes, celeberrimus imperator hujus nostræ artis, in cuius industria & fide ita conquisitus, ut quandiu copiis ille nostris præfet cum summo imperio, si qua vis inferatur aliquid, non reformidemus. Adhuc afficiuntur à nobis continuo stipendio mille gravis ar-maturæ milites, paulò plus, minusve, prætereaque is peditum numerus, qui par esse possit custodiendis omnibus iis locis, quo tenenda præsidii nostris firmandoque ducimus, non modò cum bellum aliquod ingruit atque vigeret, sed etiam ubi conquiet planè, & res sunt tranquillæ. Multis quoque strenuis hominibus merces tribui solet, quo-rum opera atque studio, cum res ita postu-

270 DONAT. IANNOT.  
postulat, exercitus nostri conscribuntur atque comparantur. Omnes ex copia, que sunt parata & instructæ, in ea Lögobardicæ regionis oppida tribui solent, qua vel assidua custodia & præsidio indigent, vel quæcumque pertinent ad viçtum, commode suppeditant; ubi gerendum bellum fuerit, illinc evocantur, & quo necessitas magis urget, eò proficiuntur. Ad tuerandam insuper ditionem maritimam ab injuriis omnibus, denæ, aut duodenæ triremis sunt semper in promptu, quæ distributis invicem partibus maria percurvant, & Cyprum, Cretam, & Corcyram, aliasque Insulas, & loca magis opportuna de more circumcident. Singulis autem triremibus sunt quinquaginta sedilia, in unoquoque tres remiges collocantur ita, ut omnes hi numero sint centum, & quinquaginta; sed accedunt illis homines bello apti non pauciores quam octoginta, neque plures quam centum. Precium remigibus non ita magnum tribui solet. Triremes enim certis in locis instruuntur, ut puta in maritimis oris Dalmatice, & Illyrici, quarum incole non modò re tenui, sed omnino angusta, conducti parva mercede se remigio adicunt. Bellatores autem triremibus impo-

DE REPVB. VENET. 271  
imponendos opus est eodem stipendio donatos augere, quo ceteros operam navantes in militia terrestri. Sumpibus igitur omnibus in unum collatis, qui solent in remiges, in milites, in commeatum, cæterosque apparatus continentur insumi, mensuræ cuiusque spaciæ habita ratione, propæ septingen-tis aureis constiterint singulæ triremes. Non exiguae præterea sunt impensæ, quæ fiunt in tuenda belli navalis plurima instrumenta; res tibi, de navalium audies, multò magis patebit. Cæterum quod vestigalia reipublica plurimum exhaustis, montis, ut modo vocant, triplicis est ratio, nimirum veteris, novi, atque adeò novissimi. Vetus autem originem suam dicit à temporibus usque Vitalis Michaëli Ducis, qui montis hujus instituendi primus autor fuit, ut sustineret sumptus immenses in eo bello factos, quod adversus Emanuellem Imperatorem tunc gerebatur; vocatur hic alio nomine, Imprefita, nempe Commodata. Alter bello Ferrarensi mons habuit exordium, Ioanne Mocenico Duce, patrum nostrorum atate. Tertius denun post annum MDIX. exercitibus nostris profligatis ab Aloysio XII. Galliæ Rege, singuli portò montes nihil aliud sunt, quam

quādū acervus & cumulus eatur pe-  
cuniarum, de quibus maximis repu-  
blicæ necessitatibus à Patriciis, & civi-  
bus nostris commodatum fuit. Quæ  
necessitates, quæ multæ frequentesque  
fuerunt, idcirco montes hi cuncti, sed  
principiè duo primi, evaserunt quæ-  
dam immanis & immensa moles. Quæ  
propter in usuras, quæ solvuntur se-  
missæ & quadrante, maxima pars no-  
strorum vestigialium abiit; ex quo sit,  
ut coacervare pecuniam vix unquam  
possit, quamvis propter amplitudinem  
imperii sit copiosa respublica.  
Veruntamen ut sui fructus essent illi-  
usui, consueverunt majores nostri, in-  
gruente bello, Montis veteris usuras  
neutriquam penderent; consecuto quoque  
ipso bello non præsentis anni, sed ejus,  
quo solutiones conquiererant, habere  
rationem, atque ita deinceps inter-  
missas pensiones prosequi. Quare po-  
sterius est hic mons anni quadraginta,  
& etiam aliquanto amplius has tem-  
pestate. Novo quidem Patricii nostri  
admodum prudenter biennio antea  
consuluerunt, atque prospexerunt.  
Vñsre quoque Montis hujus multæ re-  
sidebant, & quando suis creditoribus  
erant perfolvendæ, non præsentes, sed  
exactæ numerabantur, qua ratione  
fieri

DE REPVB. VENET. 273  
fieri videmus nunc in Monte veteri.  
Ut ergo cancum æris alieni conflatum  
dissolverent, suisque vestigialibus per-  
mitterent rempublicam frui, impor-  
tuissimo scenore tandem liberatam,  
lege lata sanxerunt, ut nihil penderetur  
in posterum usuræ amplius nomine;  
quæ verò deberentur antea, nondum  
perfoluta redigerentur in unum, unâ  
cum sua sorte. Quo sit, ut quisquis  
habet pecunias creditas huic monti,  
eidem referantur accepta, unâ cùdem  
que ratione tam caput ipsum, quâm  
scenus ex ipso profectum; id autem,  
quod singulis annis pensionari solet, à  
creditoribus ipsis numerandum sit in  
aliqua parte pecunia, quæ debetur sibi,  
non in alicuius pensionis atque fructus.  
Loco. Quia ratione respublica paula-  
tim recreatur, onere gravi levata æris  
alieni, brevique universa nomina ex-  
pedirentur, si continuarentur adhuc  
aliquot annis solutiones. Sed in qua  
vicistudine sint omnia, tu vides, bel-  
lorumque continuatione quanti sum-  
pus faciendi, ut nec tibi, nec ulli mi-  
rum videri debeat, si non dissolutorum  
fuerit, quicquid superest æris alieni,  
non modo, sed instituendi præterea  
nonnulli alii Montes: ex quibus unius  
rationem propè initiam audio, qui no-

274 DONAT. IANNOT.  
mine subsidii appellandus sit , ut sub-  
sidio sit ad eos sumptus sustinendos,  
qui subeundi nobis necessariò sunt.  
Sed ut regrediar èò , unde sum digres-  
sus , pensiones à duobus hisce Monti-  
bus solvenda , quanam ratione con-  
vertantur in usum reipublicæ ex iis,  
qua dicta sunt , confitare tibi satis ar-  
bitror. IOAN. Ni fallor , eo tempore ,  
quo gerendū est bellum , nihil à monte  
verere penditur cuiquam , sed ita resi-  
dent usuræ , qua interea debentur , ut  
si eo anno , quo solutiones intermissæ  
fuerint , debitores fortè super sint an-  
norum quadraginta , tertio quoque  
duorum , si eadem intermissio proce-  
dat , qua certè nullis temporibus est  
definita. Mons novus etiam quicquam  
solvere non cogitur , sed cum modus  
aliquis factus sit usuris ejusdem , nul-  
lam omnino jacluram subire potest ,  
nisi quatenus non dissolvit ea , qua  
jampridem debet. Qyibus in rebus ni-  
hil aliud incommodi cernitur , præter  
allatam creditoribus moram exigendi.  
Veruntamen ipsa res exigit , & æquitas  
suadet , ut æquo animo perferatur , si  
quid incommodeat in communibus  
reipublicæ difficultibus. Relinquitur  
autem Mons certus , nempe novissi-  
mus , de quo tu nondum quicquam  
edid.

DE REPVB. VENET. 275  
edifferueristi. TRYPHO. Non est , cur  
aliud quicquam de hoc monte dicam  
præter id , quod huic uni contingit ex  
omnibus , ut usuræ quincunces con-  
tinuerit solvat. IOAN. Estne locus  
aliquis negotiacioni relietus in his ve-  
tris montibus , quemadmodum Ge-  
nuæ , & Florentiæ consuevit relinquiri?  
TRYPHO. Nostri montes non secus ac  
alii omnes merces liberè comparari ,  
& vñarie possunt. Veruntamen duo  
primi sunt minima fide , quia sapè con-  
tingit , ut nihil penitus , interceptis à  
republica fructibus. Novissimus con-  
tinuata penitulatione unus tuetur suam  
fidem. Nunc ubi de reipublicæ vesti-  
galibus atque usurpribus egimus , pro-  
gressientes ulterius loquemur de bello ,  
& de pace. Requirit hæc disputatio  
prius eam cognitionem , quibus armis  
nostra res publica sit parata , & instru-  
cta , & unde suppedientur eidem res  
omnes bellicæ ; qua faciam ut intel-  
ligas , & alia quædam opportuna. Quis ,  
quantusq; solemnis apparatus sit mi-  
litice omnis tam maritimæ , quam ter-  
restris , ex iis , qua dicta fuerint , prope-  
modum cognovisse te arbitror. De  
apparatu , qui sit extra ordinem , nihil  
attinet dicere. Nam quotiescumque  
opus est augere militibus copias ter-  
restres ,

restres, eo mercenario genere uti conuevimus, cuius hac tempestate in Italia usus est assiduus. Neque necessaria est ea cura comparandi arma suppeditanda militibus, atque tribuenda: quiunque accedit, ut stipendia faciat republie, secum defer ea, que sunt illi necessaria. Satis est providere iis rebus, quarum magnum est opus, tormentorum bellicorum, in maxima copia pulveris, & nitri, omniumque instrumentorum, que aperte sunt vel oppugnandis, vel tuendis arcibus, in quibus rebus comparandis nostra res publica, exhibita summa diligentia, nulli sumptui parcit. Navalibello, quemadmodum superius exposui, triremes nostras adornamus in certis locis, ubi quam exigua mercede & pretio invitati gerunt homines in remigum numerum adscribiri. Ad praelandum verò illos adhibemus, qui terrestribus praeliis quoque habentur apti. Et quamvis iū sint cum iis armis, quibus opus habent; nihilominus quia nonnihil discriminis inter ea, qua pertinent ad pugnae varium genus, intercedit; idē res publica curat, & dat omnem operam, ut abunde copioseque admodum sit parata his omnibus, ne quid postea sibi desit ad tuitionem, cum necessitas urget.

DE REPVB. VENET. 277  
 urget. Si quando verò clasēs emittendæ, maritimaque vires essent adaugendæ, nihil incidit opportunum huic rei, quo careat res publica. Est in urbe, nequid te lateat, certus quidam locus, in quo triremes, & navalia cuncta fabricantur, & quae necessaria sunt bellis, apparantur omnia, vernacula lingua vulgo, *Arsenale*, dictum, murosrum ambitu continente circumvallatum, ex omni parte clauso aditu, praeter unam portam, & quā navigiis ingressum, vel egressum aperit Euripus; tanta verò elegantiā, necnon amplitudine, ut introeuntibus urbis speciem referat æqualem, immō fortē maiorem, ut profectō autumo, quām vestrum illud oppidum in via, que Pisias ducit: recolo me ibi suis multis abhinc annis, cum suscepissim iter causā perlustrandi Pisias, Lucam, arque Genuam, cum tota ora maritima; est autem quod accepi, nomen oppido illi Empolis. Distinctæ sunt porrò sedes in nostro navalib[us] pro vario genere, atque copia rerum instructarum, alibiq[ue] alia coagmentantur, & elaborantur. Loca tributa compingendis, navigiis sunt quadam spatia, que à nobis, *Volti*, hoc est fornices nuncupantur, superimpositis testis ad arcendos imbres,

qui defluunt pariter à dextris , atque à  
finistris . Tām verò singuli latē atque  
longē patent , quām moles ejus navigii  
poſcere videtur , quod inibi afflervatur ,  
ſive fabricatur . In plures ordines ea  
ſpatia diſtributa ſunt , non æquali  
nūmero , ſed prout in longum proceſſi-  
tur is locus , in quo ſita ſunt . Non  
multis ante diebus cum Venetiis eſ-  
ſem , di integro contemplandi cupidio  
me inceſſit , quicquid erat apparatus  
in toto navalī ; neque verò grave mihi  
duxi , cunctos eos ordines ſingulatim  
adire , & coram inviſere , ut commode  
cernerem genus omne navigiorum ,  
quod ſub teſtis eſſet , aut inchoatum ,  
aut omnino perfeſtum ; ejusmodi ſunt  
& triremes , & biremes , & pbaſili , &  
quinqueremes onerarie ad merces  
convehendas ex Beryto , Alexandria ,  
Africa , atque Belgio , quamvis Belgica  
negociatio in praefentia refrixit . Duo  
quoque Bucentauri , quod navigii ge-  
nus in ceremoniis tantum ſolemnibus  
adhiberi ſolēt , principibusque viris ſu-  
ſcipiendis , quo tempore ſtarunt ad  
urbem nostram profeſſi ; ſunt etiam  
quædam triremes inſignitæ his duabus  
literis , C. X. quæ concilii x. virūm  
nota eſt , oſtenditque , eas in concilii  
illius potestate , præterea verò nullius

Magi-

DE R E P U B . V E N E T . 279  
Magiſtratus eis ; quod quidē ea de cau-  
ſa iuſtitutum fuit , ut ſi quid accideret  
improvifum atque inopinatum , temper-  
eſſent ad manū promptæ aliquot trire-  
mes . Cūcū verò navigia nō ſunt iuſtru-  
cta , cūcū alia ſint inchoata , paulatimq;  
abfolvantur , alia , quæ vitium fecerunt ,  
reficiantur ; fed urgente neceſſitate bre-  
vi adorparentur ; ſiquidem nihil aliud  
opus eſſet , quā fabrorū , operariorum  
que numerūm augere . Sunt præter hec  
apparatu cuique ſua tributa ſedes , ut  
pote tormentorum bellicorum , &  
utriuſque generis armorum , quæ ad  
vim cum inferendam , tūm propulsan-  
dam neceſſaria ſunt , anchorarum , gu-  
bernaculorum , malorum , velorum ,  
& rudentum . Sunt etiam certa loca  
illis destinata , qui candentes laminas  
tractant , ut thoraces conſtent , & fer-  
ramenta , cum clavis quælibet fabrefac-  
tientibus , quæ ad navigiorum fabri-  
cationem neceſſaria ſunt . In appara-  
tu quoq; bombardarum , maximam vim  
reperi omnium tormentorum & ma-  
jorum , & minorum , cujuscunq; ge-  
neris , utputa quas vocamus moſchetas ,  
falconetas , cannoneſ , dimidiata ,  
quadrantalia , colubrinas , facros , & his  
ſimilia ; continentē autem recentia  
conſlari ſolent , & eorum materia in

S 4

hunc



feneſtra iactus. Marinus autem Falerius cum Dux eſſet, non contentus eo faſtigio, tyrañni dem cogitabat, Patri ciuique viris eadem moliebatur. Sed unius ex coniuratorum numero prodi- tūs indicio, amīſit eam vitam, qua minime ſunt digni homines nefarii, ſiqui conantur opprimerē patriam ſuam tyrañni de. Ut igitur imprefſio- nes ejusmodi prohiberentur, maiores noſtri ſtatuerunt, & dederunt ope- ram, ut ſemper inſtructum eſſet Duca- riūm et copia armorum, quæ cunctis ad tuitionem atque cufodiām oppor- tunē ſuppererent. Quod autem ſpectat ad bella, quæ geſtare maiores noſtri, fuerant ea ſolemnia reipublicæ, atque continentia cum Imperatoribus Græ- cis, & Vngaris Regib⁹, ſed antiquis temporib⁹, non recenti hominum memoria. Nam poſtequam Turcæ in Græcia dominati ſunt, non minùs Vngari, quām nos ipſi coadū fuimus eorum vim arcerē atque propugnare; quapropter amplificatio imperii nulla deinde contigit; ſed quicquid insula- rum tenemus in Ionio, & Aegeo mari, oppidorumq; in maritimis Itric, Dal- matiæ, Illyrici, & Peloponnesi, id eo- rum bellorum p̄miūm fuit, quæ con- fecta ſunt olim contra Vngaros, & Græcos,

DE REPVB. VENET. 283  
Græcos. In Syria quoque commiſſimus multa praēlia, non modō cum populis alienis à Christiano ritu, ſed etiam cum Ligurib⁹, ſive Genueſib⁹, in qua diſciplinatione & concertatione rām ad- verſa fortuna ſemel uſi fuimus, ut co- gitandū fuerit de larib⁹ defenden- dis; ad extreūm tamen inſigni vir- tute atque fortitudine Victoris Pisani, Caroli Zeni, Iacobi Cafalli Veronensis, & aliorum præterea Ducum, vicimus egregiè. Poſthac in Gallia Cisalpina bella inchoata ſunt, in quibus multa ſecundiflma nobis evenerūt, eaq; cūm imperii propagatio, tūm opū acceſſio, quæ Christianis Principibus omnibus formidoloflma evaſit, & neceſſe fuit illis una feedus icere, molientibus eam ſuſpectam vim nonnihil deprimere; hinc Abduana clades illa, & imperii amīſio, quantumcunque nobis fuerat in Longobardorum regione. Tandem cunctando fortunę vim ita fregimus, ut prop̄ amīſum imperium omne re- ceperimus, recuperata quoque priſi- na dignitate; inde factum eft, ut Fran- cisco Rege proximè in bello capto, illius potentiam atque minas minime hor- ruerimus, qui terrorem inueciebat Ita- lia, Galliæque universæ, immò verò eidem in præſentia bellum indixeri- mus,

mus, cuius exitus felices quidem au-  
guramur, si modo in pulcherrimam  
hanc provinciam perbenigne intende-  
re superi adhuc propitiū, & volentes  
omnes constituerint. De finitimorum  
viribus nihil attinet dicens, quæ omni-  
bus sunt perspectissima, maximeque  
cognitæ. Quis opes Turcicas ignorat,  
quot, quantaque sint? illi porro ditio  
maritima reipubl. quoquaversus uni-  
versa circumcluditur, & circumfede-  
tur. Germanie vero, quantumvis ma-  
gnæ, cum distractæ sint, hoc tempore  
non videntur validè formidandæ, &  
qui res omnes illius provinciæ, racio-  
nesque tenent, facillimè animadvertere  
& cognoscere potest, ægræ admodum  
eas in unum contrahendas esse. Quæ  
si dissipatae non existerent atque dissi-  
patae, nulli dubium est, quin multo  
plus terroris atque adeò periculi im-  
penderet ab illis Italæ, quam ab ipsis  
Turcis. Sed percensere atque enumera-  
re omnes eas rationes, quæ me in  
hanc sententiam adducunt, nimis lon-  
gum esset. De Mediolano sollicita non  
est admodum respæblica, nisi quando  
est in ditione atque potestate aut Gal-  
lie Regis, aut ullius potentissimi Prin-  
cipis; tametsi res ita comparatae sunt  
eius principatus, ut non parum habeat  
nego-

DE REPVB. VENET. 23  
negocii, quisquis eum possidet, in do-  
minatu recinendo, atque defendendo.  
Reliqui sunt Mantua pariter, & Fer-  
raria Duces, quorum opes atque vires  
tantæ non existunt, ut pertinefendæ  
sint à nobis, id quod omnes vident.  
De custodia regionis, atque tutione  
(nam tertio loco superiùs hac propo-  
sta fuerant) audiisti, quanam ratione,  
& quibus præsidis terrestria, atque  
maritima quæque tueamur, cum modo  
versarem in ea narratione; quapro-  
pter nihil amplius fuerit hac in re im-  
morandum. Hoc unum, quod quidem  
re latere nolo, tantummodo dicam,  
cum maiores nostri cognovissent, id  
re ipsa experti; amitti posse vel unica  
clade accepta, quicquid esset imperii  
sibi in continente, ab ipsis consilium  
initum fuisse, cunctas urbes atq; oppi-  
da ita muniri, ut direptionibus &  
rapinis hostium non patarent, sicutuan-  
do exercitus reipublicæ dissipati essent.  
Quamobrem ab anno M D IX, usq; ad  
hoc tempus, sex urbes communitas  
adeò firmavimus, nempe Taurisum,  
Patavium, Veronam, Brixiam, Bergo-  
num, & Cremonam, ut inexpugnabiles  
modo à cunctis habeantur. Bergoni  
munitiones sunt minus aliquanto fir-  
mæ, quam cæterarum urbium, ob col-  
lis

lis propinquitatem. Sola Vicetia relinquitur immunita, quæ licet habeat collum quemdam ita sibi imminentem, ut magno sit impedimento ejus munitioni, nihilominus Bartholomæus Luvianus, qui reipublica copiarum summus dux fuit, exemplar quoddam effinxerat, atque excoxitarat, quod rata redderetur eadem ab hostium injuriis. Lemniacum oppidum inter Patavium atque Mantuam ad Athesim situm, in eo numero putatur, quo sunt quæque opportunitissima, & qui præsunt reipublicæ, quemadmodum audio, assidue instant atque urgent, ut communiantur. Quarto loco rerum, quæ importantur, atque exportantur, consideranda vis, atque genus fuerat. Hæc quoque non indigent propè illa explicazione, cum manifestissima res sit, atque omnibus pateat, urbem nostram, quæ in mari posita est, opus habere conveñit universis rebus, quæcumque pertinent ad hominum vitam sustinēdam, quippe cui plurima cum terra, & nulla cum aqua ratio, & communicatio necessaria palam intercedit. Quæ solent exportari, non alia sunt, quam panni five ferici, five lanei, aliisque merces permulta variorum generum, solertia laboreque artificum nostrorum confecta.

DE REPVB. VENET. 287  
fecta. Plurimas etiam mercatores convehentes inferunt ex Africa, & Alexandria, nec non ex Beryto, quæ postea diffundi solent per has omnes provincias. Ultimo loco proposita erat legum latios, quæ res spectat ad aliud genus disputationis, quod esset instituendum, si tu intelligere cuperes, utrum reipublicæ nostræ ratio sit simplex, an composita, cujusnam verò formæ, si simplex, aut in quam magis propendat, si composita, quæ tecum ipse cogitare potes atque examinare, cognitis & perspectis rebus omnibus, in quibus est posita. Quod si alterius audiens malis hac de re tentientiam, cumulatissime tibi satisfieri poterit à Nicolao Leonico Duce Patavino, qui cum sit insignis Philosophus, & peritissimus omnium, multò amplius dissenseret his de rebus, quam quilibet aliis. Expolui tibi administrationem nostræ reipubl. quam brevissimè, & quam facilissimè fieri potuit. Si quid amplius desideras, pollicor, atque adeò recipio, non recusaturum me hos ipsos sermones repetere, quoad omnia probè comprehendendas, atque ita percalleas, ut communicare possis eadem cum araicis suis. IOAN. Satis est, superque factum desiderio meo, & puto me institutio-


nem

288 DON. IANNOT. DE REP. VEN.  
nem vestre reipublice non minus te-  
nere, quam si ego educatus in ipsa, ac  
que natus essem. Propediem me Ve-  
netias iturum confido, ibique à nobis  
lissimo viro Hieronymo Quirino, pri-  
vatorum Magistratum quanam sit  
jurisdictionem, intelligam. Post hec à Nico-  
laeo Leonico percunctabor ea, que mo-  
dò dicebas: non enim decet laborare  
ac defatigari unum tot in rebus. Certe  
quicquid laboris hodie causa mea fu-  
sccepisti, de hoc plurimum te amo, plu-  
rimumque debo. Quod si patere vobis  
id amicitia nostra, pollicerer tibi vi-  
cissim, quicquid operæ ac studii ab  
amico gratissimo carissimoque profi-  
cisci potest. Quibus dictis omnes illuc  
surreximus, & ad viridarium perreximus,  
in quo inventimus Bembum cum  
aliquot nobilissimi viris deambulan-  
tem, atque conferentem. Ad hos pro-  
gredientes quoque nos adjunximus,  
atque una circuivimus totum virida-  
rium septius. Inclinatai vero cernen-  
tes ad vesperam diem omnes postea  
discessimus, & admodum leti ex eo  
congressu domos nostras revenimus.

F. I N I S.

I

I N  
DONATVM IANNOTIVM  
E T  
CASPAREM CONTARENVM  
Cardinalem,  
D E  
REPVBBLICA VENETA,  
N O T Æ.  
A D  
*Eruditissimum Virum, & Sena-*  
*torem Amplissimum*  
DOMINICVM MOLINVM.



LVGDVNII BATAVORVM  
Ex Officina ELZEVIRIANA,  
clio Iō c XXXI.



*Eruditissimo Viro, atque Veneto  
Senatori amplissimo,*

**DOMINICO MOLINO,**

NICOLAVS CRASSVS

S. P. D.

**O**fero tibi, Moline, Senator amplissime, Notus, qua iussu, & auctoribus tuis ad Iannutum, & Contarenum conscripto sunt: exiguum profecto munus, sed multis nominibus tibi debitum. Tu namq; literatorum Mæcenas, & Princeps, eorum omnium, qui studiis atq; doctrinis dediti sunt, scripta iure quodam tuo tibi vendicas. Cum verò nihil Patria libertate, atq; amplitudine sanctius & antiquius habcas, hac nostra qualiacunque sint, que ad Venetam

T 2 reipu-

reipublica splendorem, & dignitatem pertinent, tibi quidem uni, & hercule merito tuo debentur, præterea nemini. Quid? quod tu non solum in causa fuisse, ut huic operi manus admodum, sed multa adiumenta subministrasti, ut à te profectum optis, ad te reverti meritisimo videatur. Accipe igitur ab homine, qui iam inde à patre, & maioribus est in ære tuo, eternum hoc non grati minus, quam devincti animi testimoniū: cumque pro ingentibus meritis in me tuis, viriumque measrum imbecillitate non sim solvendo, concede saltem, ut lovi hoc minuscule omnia tuā causā & velle, & debere non modo fatigare, sed etiam profitari, & pri me feram. Vale.

IN DONATVM IANNOTIVM,  
ET CASPAREM CONTA-  
RENV M Cardinalem,

DE

REPUBL. VENET.

NOT. E.

**N**O. I. Et quoniam sermo primū habitus fuit, &c.] De Veneta republica tria proponit Iannotius tractanda, quæ totidem dialogis complecti insituerat. Ex his desiderantur postremi duo, aut non editi in lucem, aut ab implicito occupatis aliis nunquam conscripti. Veruntamen ea, quæ altero dialogo de singulis Magistratibus fuerant explicanda, memoriae prodidit eruditissimus, atque illustrissimus vir Caspar Contarenus, ex quibus expleri poterunt ea, quæ defunct huic loco: quodque pariter dialogo tertio disputandum fuerat de genere, sive forma Venetæ reipublicæ. Nos ejusdem Contareni opinionem explicaturi pertractabimus, ut huic quoque desiderio satis à nobis fiat.

NO. II. In quorum numero est,

T 3 ne

294 IN DONAT. IANNOT.  
ne quid te cœli. ill. Antonius Sabellius.] Satis acriter Auctor hoc loco perstringit Sabellicum, quem apertissimè assentationis nomine condemnat; qui, ut vulnus altius infligit, talem civem, & Patrium Venetum, qualis Trypho Gabrielius fuit, summa opinione integritatis, atque innocentiae hæc differentem inducit, quæ tamen ab eo profecta nullo modo existimo, sed ab ipso Iannotio in Sabellicum non bene animato, qua de causa, incertum: non enim decet judicium interponere in re minimè nota. Ab Iannotio certè, quod constat, Bodinus haustus, vir doctrina varia, & multiplici, magnaque eloquentia, sed præcipiti nimis ad res innovandas ingenio, & ad optimis quibusque auditoribus detrahendum maximè proclivi. Insectatur is quam acerbissimè pluribus in locis, sed præcipue cap. 4. fuz methodi Antonium Sabellium, quem incensit his verbis. Quis autem risus tenere posse, qui Sabellii scripta legat, ubi Venetorum bella cum Romanis gestis comparat. At ne Donatus quidem Iannotius civis Venetus istam comparationem ferre potuit. Equidem Bodino Iannotius eam gratiam debet, quod Venetus civis è Florentino sit repente factus: quamquam id ut memo.

N O T AE. 295  
memorie lapsus excusari potest. Illud autem quanam ratione excusari poterit, hominem, qui prudens atque sapiens haberi velit, ab alieno sic pendere judicio atque sensu, ut temerè sententiam ferat incompta re, aut certè non probè cognita, matureque perpenfa. Nam si Bodinus ea, que Sabellius scripsit, non oscitanter legislet, hanc Iannotio censuram minimè probasset, neque virum innocentissimum irrisisset, ne risus in se tandem consequerentur. Sed audiamus ipsum Sabellium suis verbis loquentem. Volumus enim, ut non alius, quam ipse, causam suam agat, & seipsum vindicet à calunnia per injuriā imposta. Hæc igitur ait in præfatione, seu proœmio sua historiæ rerum Venetarum. Fuerunt popularum quorundam, qui império quandoque potiti sunt, res, quis necias? magnifica & ample, vel in primis Romanorum, quibus splendore ac magnitudine eorum, quæ foris gesere, fittasse cedimus: verum sambitatem legum, juris equatione, innocentia, ceterisque sanctioribus institutiis res Venetae cum Romanis collata non modo non deteriores illis, sed longè etiam, adgit modò aequus iudex, meliores reperirentur. Fautetur ergo Sabellius ingenuè id, quod

T 4

res

296 IN BONAT. IAN NOT.  
res est, neque amplitudine imperii, neque rerum gestarum gloria Romanæ reipubl. Venetam exæquandam; alia tamen quædam esse, quibus eadem meriti videri queat non solum par, sed superior; cujusmodi sunt sanctitas legum, juris æquatio, innocentia, innata libertas, quin etiam originis primordia, quæ probat honestiora multo accidisse, & nobiliora Venetæ urbi, quam Romanæ. Hæc autem, præterquam quod ab omnibus uno sermè ore celebrantur, sunt ferè eadem, aut certè non diversa multum ab iis, quæ Iannotius hic tradit, ut satis mirari nequeam, quid illi venerit in mentem, acculare Sabellicum plane sibi conseruentem. Nam fieri idem non semel in suis historiis inter se contulerit gesta viriisque reipublica, nullibi tamen, quod sciam, vel potentiam, vel imperium æquavit; sed in quibusdam rebus tantum eventa, pericula, labores, consilia, fortunæ varietates, acque id genus alia notavit, in quibus cum multa invenirent inter se quam simillima, operi prestitum duxit, quam speciem & similitudinem in iis cognovisset, eandem quoq; spectandam alii exhibere. Hac ratione ductus Decadis prima libro secundo bellum à Gallis Senonibus urbi

N O T A E. 297  
erbi Romæ illatum, quod ad sedes Capitolinas usque pervasis, composuit bello, quo Galli, Pipino Duce, in intima hæc æstuaria penetrarunt, immittentes Rivo Alto, quo tanquam in tutissimam arcem, Metamatuco reliquo, Veneti Magistratus, & cives omnes commigrarant. Cum autem multa percenserent in ea collatione, quæ videbantur utriusque esse quam simillima, id, in quo tam Romana fortuna superior, quam virtus apparuit, minime prætermisit, immò verò prædicavit iis verbis: *Verum in eo Romana virtus clarior, quod hostes ad unum eis sunt.* Sic etiam initio primi libri secundæ Decadis bella descripturus contra Genueses susceptra, præfatur, ea simillimam videri sibi habere speciem cum iis, quæ Romanus populus cum Carthaginensibus olim gesse. Exumeratis autem iis, quæ conflare hanc similitudinem sibi viderentur, tandem ita concludit. *Eventus si non idem, non tamen omnino diversus. Excidit Carthago illa r̄gens: superba Genua abjecta armi, quia plus non potuit, vicitribus Venetiis perpetuò cepit.* Quid habent hæc verba, quod justè reprehendi valeat? Nonne sincerè veritatis expressam confessionem continent? Vbi nam

T 5 asen-

298 IN DONAT. IANNOT.  
aslementatio? Vbi mentiendi libido? Non  
erat igitur , cur Iannotius iniquè car-  
peret : multoquo minus, cur Bodinus  
irridiceret, & petulanter inveheretur in  
virum innocētissimum, qui satis bona  
fide Venetos cum Romanis contulit.

N o t. II. *Cum tamen idem mul-  
ta præterierit.]* Quid præterierit Sa-  
bellicus, nescio; illud vero scio, memo-  
riæ commendafle quamplurima, ab  
ipsa veritate, mirum, quantū disjuncta,  
& procul remota: non quidem dedita  
opera, abſit ab innocētissimo viro  
tantum criminis, sed quia natus alieno  
solo, & ab iis monumentis defitu-  
tus , è quibus veritas erui solet. Illud  
vero non satis mirari possum , multis  
fuisle rerum Venetarum scriptores, qui  
ex eo non pauca ejus generis transcri-  
plerint: longum est ut recensere, quo-  
ties historicus ille offendit. Sed ex-  
emplo est possunt, quæ de Francisco  
Dandulo Duce litteris mandavit, cui  
cum paternum esset, & avitum, ac  
gentile cognomentum Canis; fabellam  
ex eo haud inveniūstam aut concinna-  
vit, aut transcriptū: Ducem ipsum, an-  
tequam Principatum adeptus esset, ad  
Romanum Pontificem oratorem, ut  
eum Venetæ reipublicæ , cui facis in-  
terdixerat , conciliaret , cum neque

audiri,

N O T A E. 299  
audiri, neque coram admitti ab irato  
Pontifice possit, clam accessibile, dum  
ille pranderet, prostratumq; sub men-  
sa, uti canes soliti sunt , & pedes am-  
plexus quæcumque petebat, obtinuisse,  
indeq; Canis cognomentum naustum.  
Attamen scimus nos, & cuilibet facile  
notum esse potest , non modò ex iis  
litteris, quæ anno à Christo nato 1280,  
Ioh. Dandulus Dux dedit ad exercitos  
Principes, in quibus disertè scriptit.  
*Ordinamus Nobiles, & sapientes viros  
Marcum Quirinum, Ioannem Canem  
Dandulum, & Iacobum Theophilum  
Ambassatores, &c.* & ex iis, quæ Pe-  
trus Guilombardus in suorum tempor-  
rum historia memoria tradidit. *Fran-  
ciscum Danulum, filiumq; D. Ioannis  
Canis eleūtiū fuisse Ducem 8 Ianuarii  
1318. quæ cuncta litteris consignavit*  
Franciscus Sansovinus: sed multò ma-  
gis ex multis antiquissimis contraſti-  
bus, & testamentis Dandulæ gentis, &  
ex publicis fastorum tabulis, quæ conſi-  
lia vocant, non modò patrem, & avum  
Francisci ipsius Ducis, sed plures alios  
ex ea familia Canes appellatos: Quæ  
cuncta apud se habet Dominicus Mol-  
inus, Senator amplissimus, & cui ref-  
publica literaria non minus, quam Ve-  
neta plurimum debet.

N o t.

NOT. IV. *Nam perspicies in hac nos-  
tra ratione.]* Si quid Iannotius culpat,  
id quamavidis sine arripit, sed nō tam  
facilē assentitur Bodinus, si quid ille  
probat. Nam propensissimus est ad  
maledicendum, quod sanè ingenii quo-  
dam vitio, sive morbo facit; p̄cipue  
verò quodam odio inibutus in rem-  
publ. Venetam nihil non agit, ut ejus-  
dem existimationē imminuat, & splen-  
dorem obscurat. Itaq; quam p̄stanti-  
fissimā affirmat Iannotius, & ex an-  
tiquis rebus publicis nulli inferiorem,  
hanc ipse infra omnes abicit, abje-  
ctamque obterit. Aut, inquit, pre-  
stantia Venetorum est in bellica virtu-  
te, aut in legum aequitate, aut in im-  
perii magnitudine, & opibus, aut in  
aristū varietate. Hęc à se ita enu-  
merata cuncta iisdem detrahit, tamē  
non nihil hærente cogitur in legum p̄-  
stantia. Sed veritas facilē contra ho-  
minum ingenia, calliditatem, sole-  
tiam, contraque fictas omnium insi-  
dias se per se ipsam defendit. In enu-  
meratione sua p̄terminat Bodinus u-  
nam ex partibus p̄cipuis, quæ quia  
in civili administratione cuncta sibi  
vendicat, à Philosophis appellatur ci-  
vilis virtus, aut etiam absolute virtus:  
Callidē verò satis, atque fraudulenter  
id,

N O T A E. 301

id, quod erat caput, subjecit tanquam  
appendicem, cum ait: *Veneri si qua  
virtute, profecto consiliis, & prudensia  
præstant; aliarum virtutum laudem,  
nec illis eripere, nec concedere velim  
majorem, quā in aliis.* Ab homine vel  
invito hanc vocem veritas expressit,  
ut, dum tribueret Venetis id, quod  
erat maximū, cogeretur approbare ex  
ea confessione summam reipub. p̄x-  
stantiam aq; dignitatē, in qua p̄stif-  
fissimum vigeret, ac eniceret ea virtus,  
quæ, ut docet Aristoteles III. Politi-  
corum, cum tam parentibus, quam  
imperantibus aliae sint communes;  
ipsa duntaxat imperantium propria  
virtus est. Attrauen Bodinus eam non  
attingit, nisi per quam leviter: inter  
p̄cipias partes certè non enumera-  
rat: quanquam ea, quæ recenset  
omnia, sunt quasi asciticia, nihilque,  
excepta p̄stantia legum, reipub. in-  
sistum. Nam bellica virtus eatenus est  
necessaria, quoad incolunitas reipub.  
ac dignitas defendenda est acriter:  
alioqui pro animi libidine lacescere bel-  
lo, & immerentes vexare non censetur  
sequum, & multo minus liberos ho-  
mines libertate spoliare. Quo sit, ut  
etiam propagare imperium, quod glo-  
riosissimum habetur, finitimasque re-  
giones

302 IN DONAT. IANNO T.  
giones ditioni suæ adjungere , multo  
sæpius aliquid criminis , quām laudis  
vera habeat. Cur autem Veneti suum  
imperium latius non protulerint , cau-  
fas multiplices atque varias copiosè re-  
fert vir liberalibus disciplinis , & elo-  
quentia nominis , quām generis splen-  
dore , & amplissimis dignitatibus no-  
bilissimus Paulus Paruta in suis dispu-  
tationibus politicis , quas Italicè scri-  
psit. Sed caput illud est ; suis contentos  
fuisse , aliena nunquam appetivisle pri-  
fosc illos Venetos , quippe qui non alia  
de causa in æstuaria cōvenerant , quām  
ut hostium impetus effugerent , pac-  
tique viverent : id verò moderationis ,  
atque iustitiae , non imbecillitatis , aut  
desidiae argumentum est. Siquidem  
clastes instruictissimæ , longeque orna-  
tiissimæ frequenter emissæ , & omnes  
apparatus bellici paratissimi : resque  
tot , tantæque præclaræ , fortiter , & fe-  
liciter gestæ , quibus omnes historiæ  
refertissima sunt , satis superque men-  
daciæ , immò verò summa malevo-  
lentiæ & livoris coargunt Bodinum  
ajentem , *Venetos bellica laude omnibus*  
*fere populis inferiores esse.* Quod si per-  
petuo bello pacem præverterunt , &  
non nisi provocati maximis injuriis ,  
aut religionis , & Italicæ libertatis caufa-

an-

N O T A E. 303  
animum induxerunt , ut arma tandem  
sumerent , facile quoque deponenda ,  
ubi res & occasio ita postularet ; opti-  
mo consilio sunt usi , & adducti ea ra-  
tione , quod , ut Aristoteles ait , 7. Polit.  
*Finis belli pacis est , atque ocium negotii.*  
Qui verò solent incertis belli casibus  
se , suaque comittere , plurimū etiam  
à fortuna pendero coguntur , & peri-  
elitaris sæpe de salute , non de imperio  
tantum. De Venetis opibus , quas idem  
Bodinus extenuat , dum publici ærarii  
inopiam quandam causatur , dabitur  
alius differendi opportunissimus locus.  
Sed profectò Bodinus ostendit , quam  
parum sapiat , qui pacis diuturnæ com-  
modis florentem Rempub. non di-  
stinguit ab ea , quæ tunc erat , cum  
Iaonotius hæc scriberet , triennio tan-  
tum post obitum Ducis Leonardi Lau-  
redani ex diuturnis bellis afflita , plu-  
rimumq; exhausta. Ferri autem nullo  
modo debet , neque potest , quod ait de  
religione , atque interserit alieno loco ;  
complexus enim enumerando cam  
minimè fuerat : sed cum sciret , hoc  
nomine Venetos plurimum gloriari ,  
quod religionem sinceram perpetuò  
coluisserint , in qua esset eorum Rempub.  
educata , & orta , conatus est hanc illis  
laudem eripere , aut certè imminuere ,  
dum

304 IN DONAT. IANNOT.  
dum ait, *Venetos non curare magna-  
perè, quam quisque religionem pria-  
tim colat*, idque ex eo colligit, quod  
Pontificibus questiones impietatis ade-  
merint. Vtrumque falso; nihil enim  
adimi cuiquam potest, quod ei nō fer-  
rit permisum; permitti verò non po-  
tuit, antequam fuerit institutum.  
Questiones autem impietatis in Veneti-  
ta ditione jam inde ab anno 1289, à  
Christo nato haberi cœptæ, Marino  
Marioceno Duce, non quidem ex  
Pontificis Max. decreto, aut sacra, ut  
vocant, inquisitionis tribunal erectorum;  
sed pro Veneta pietate, quod os ma-  
xime debet obstruere Bodino, ab ipso  
*Duce probo viro ex reipub. decreto con-  
stituti*, ut Annalium verbis utar, *pro in-  
quirendis hereticis, quos inveteratos & Pre-  
istorum judicio damnatos, Dux combure-  
re teneretur.* Tribunal verò, quod mo-  
du videmus, non ita longo intervallo  
permisum est Ecclesiasticis viris. Sed  
ubi primū à Senatu concessionem, ea cau-  
tio est adhibita, ne specie religionis in-  
nocentes oppressi, vel in discrimen capi-  
tis adducerentur, vel bonis atq; for-  
tunis everterentur. Quapropter opti-  
mo consilio institutum fuit, ut ex or-  
dine Patrio tres viri designarentur  
summa cùm dignitate, tūm prudentia  
præ-

N O T A E. 305  
prædicti, qui rebus omnibus adessent,  
īisque probè cognitis, tum demum  
pronunciari sententiam permitterent,  
cum res teneretur, omnisque fraudis  
aut malitia suspicio abesset. Nam sem-  
per Venetæ reipublicæ id propositum  
fuit, ut exterios eriam & peregrinos,  
necum cives suos, præstaret ab omni  
violencia & injuria turcos, & ne caluni-  
niis atque fraudibus locutus ullus esset,  
quibus innocentium hominum vita  
periclitaretur, aut existimatio graviter  
offenderetur. Hinc ea libertas tanto pe-  
re celebrata, qua communis est omni-  
bus iis, qui Venetiis agunt, in earum  
rerum, quas quisque possidet, tuta pos-  
sessione, & in tranquillitate quadam  
animi sita, qua nullas metuit insidias,  
nullam vim reformidat, & quacun-  
que ratione liber, suam vitam instituit,  
quandoquidem in tam ampla civitate  
ac negotiosa, nulli aut pauci sunt, qui  
actiones hominum vel malignè, vel  
curiosè observent. Bodinus autem, qui  
perversè cuncta interpretatur, hanc  
vivendi, prout dixi, libaram faculta-  
tem flagitorum licentiam vocat, &  
impunitatem; perinde ac si apud Ve-  
netos nulla penæ constituta esset,  
quibus homines à facinoribus absterrerentur, nullaque animadversione



308 IN DONAT. IANNOT.  
distinguatur ab alia, quatenus harum  
singulae distinguuntur. Ex his verò tribus  
partibus una est, qua de publicis rebus  
deliberat; altera, qua continet Ma-  
gistratus, tertia, qua judicia. Quo-  
niam igitur cōsistit excellētia cuiusvis  
reip. in his tribus rebus, qua sunt pla-  
nē in sita: age videamus in ipsa Veneta  
republica, quemadmodum singulae se  
habeant, institutæque sint. De prima  
sic ait ipse Bodinus. *Iam verò in consu-  
lū de republica capiendū, atq. omnīnd  
in bellū fūsi pendū, in percutiendū frā-  
deribus, in tuenda pace, magna pruden-  
tia utiuntur. De postrema quoque ita*  
*Hoc etiam magna laude dignum  
est, quod socios, & inquilinos summa ju-  
rū equabilitate favent, peregrinos quoq;  
summa prosequuntur humanitate, &c.*  
Medium tantum culpatur, atque repre-  
hendit iis verbis. *Nullum reipub. mali  
constitutū argumentum Platoni magis-  
trū videtur, quam Magistratum, & me-  
diorum multitudinē, que nūsq; major  
fuit, quam olim apud Atheniensis, &  
his temporibus apud Venetos. Atque ita*  
*ex his tribus capitibus, quibus admini-  
stratio civilis tota continetur, in Ve-  
netā republicā duo Bodinus probat,  
unum tamen improbat, multitudi-  
nem scilicet Magistratum, ex qua  
domi-*

N O T A E. 309  
dominandi libidinem, & opum qua-  
rendarum cupiditatem augeri docet;  
furta praterea, fordes, & corruptelas  
omnes plurimum inde ali: miratur ad  
extremum, cur Veneti, qui tam sapienter  
omnia, non patientur etiam Cen-  
sores creari, ut olim Romani, & his  
quoque temporibus Lucenses, & Ge-  
nuenses. Quæ certè res arguit, cum  
reipubl. Venetæ rationem probe non  
tenuisse, neque satis attente legiſe hæc,  
qua tantopere jactare solet ab Ianno-  
tio scripta, ex quibus facile cognoscere  
potuistet, Censores apud Venetos non  
desiderari, & non modò rationem  
compescendi ambitus, sed etiam for-  
des & corruptelas, initam fuisse. Nam  
præter Censores ipos, qui in ejusmodi  
inquirunt, instituti sunt etiam Trium-  
viri, vulgo dicti Syndici, quorum munus  
est expendere, utrum res à Magis-  
tribus actæ fuerint ex legum pre-  
scripto, & an peccatum sit aliquid per  
malitiam & fraudem ab iis, qui in pro-  
vinciis publica munera exercent; quod  
etiam Trium-viri Advocatores, ac De-  
cem-viri, summus reipubl. Magistratus,  
non raro cognoscunt, & si quid  
commisum fuerit, maxima severitate  
coercent. Ad immoderatum verò lu-  
xum Magistratus creatus est, qui dicitur

310 IN DONAT. IANNOT.  
ad Pompas, cuius etiam Iannotius ipse  
mentionem facit: ex quibus manife-  
stum est, locum non habere, quæ Bod-  
inus adjectis Venetis Magistratibus.  
Quod si vel cunctis vitiis remoris, in  
ipâ multitudine Magistratum aliquid  
adhuc vitiî residere putat, coargui fa-  
cile potest hac ratione: quia multò ce-  
lerius, expeditius, ac etiam melius res  
conficiuntur, quò plures operi manus  
admovent, & auxilio subeunt. Qua-  
propter Aristoteles docet Polit. 4, in  
parvis civitatibus necessitate quadam  
fieri propter hominum paucitatem, ut  
uni Magistrati plura munera com-  
mittenda sint, quod ait idem prorsus  
esse, ac facere, ut Magistratus infor-  
pyramidum eorum sint, quæ multa lu-  
mina sustinent: Sed in magnis urbi-  
bus, ubi magna est civium multitudo,  
oportere munera distinguiri, & plures  
Magistratus institui dupli de causa;  
altera, quia multi cives Magistratus  
adipisci non possunt, ubi Magistratus  
pauci instituti sunt; altera, quam supe-  
rius attingi, quia melius uniusquodque  
opus absolvitur eo studio, quod in una  
tantum re ponitur, qui in eo, quod anxiè  
in pluribus versatur; ex quibus ita con-  
cludit: quapropter nihil obstat, quoni-  
mus plura studia, potestateisque aliquid  
jubeant.

N O T A E. 311  
jubeant, non enim in vicem sibi impediunt.  
Præsertim ubi res omnes prudenter or-  
dinatae sunt, & omnis multitudo con-  
venit, atque in unum conspirat, quemadmodum Venetiis præclarè institu-  
tum videmus, ut universa judicia tam  
de capite, quam de fortunis, quam per  
inferiores Magistratus exerceri solent,  
postremò referantur ad unum Qua-  
draginta-virale collegium, cuius est  
eius rei cognitio, & supremum arbit-  
rium. Oportuerat igitur Bodinum,  
ne quid inconsultè proferret, non tan-  
tum descriptiones Magistratum va-  
rias intueri, & reipubl. partes, quam  
multæ sint: sed præcipue observare,  
quam forent ex eisdem aptæ, connexæ  
quæ ad invicem: & quam compositæ,  
& concinnæ singulæ distributa; quo  
certè in genere plurimum excellit, &  
admirabilis Veneta respubl. merito vi-  
derur. Conjuratis à nobis, & rejeclis  
iis, quæ temerè Bodinus reprehendit  
in Venetiis Magistratibus, quorū varie-  
tas, numerus, & ordo magno publi-  
cis rebus ornameto est, ac emolumen-  
to: nulla non erit optimè constituta ex  
iis tribus partibus, quæ ab Aristotele  
commemorantur, ut præcipue, & in-  
siste: proindeque universa respubl. ab-  
soluta. Sunt præter hæc alia duo, non  
qui-

312 IN DONAT. IANNOT.  
quidem ut ipse causa, sed effectus, &  
figna, ut Aristoteles ait Polit. 3. *Reipu-  
blica bene composta*: Vbi Carthaginen-  
sium rempubl. utroque hoc nomine  
laudat, quod illius ordo diu integer  
permanerit, quodque nullas pertulerit  
seditiones memoratu dignas, nullam-  
que tyrannidem. Hec autem in Ve-  
netam rempubl. maximè convenienti,  
de quibus extat præclarum Iannotii  
testimonium.

NOT. V. *Siquidem imperium, quod  
in iam multa secula, &c.]* Reipublicæ  
Venetae præstantiam afferit Iannotius,  
& arguit ex iis duabus rebus, qua con-  
sequuntur administrationem optimè  
ordinatam. Bodinus autem, ut hæc  
utraque Venetis eripiat, persuadere co-  
natur, eos imperium stabile nullum  
habuisse ante Caroli & Nicephori tem-  
pora, quin etiam libertate donatos pri-  
mùm tunc fuisset. Ad hæc Iannotium  
adducit infra, sentientem, exitiisse in  
Ducibus ipsis summam potestatem, &  
plane regium statum usq; ad tempora  
Sebastiani Ziani, annum scilicet à Chri-  
sto nato 1175, quo tempore magnum  
concilium stabilitum ait; unde nume-  
rat usque ad tempus, quo ea scriberet,  
non plures, quam annos circiter 360,  
qui certè numerus exiguis admodum

est

N O T A E. 313  
est prætwo millenario, quod jampri-  
dem iustinet; superavitque ipsa respubl.  
penè altero seculo. Objicit etiam bella  
civilia media in urbe gesta, conjura-  
tionesque Bovonianas, Falerianas,  
Theupulanas, Bajamontanas, nec non  
graves & diurnas; sic enim habet;  
*Iustinianorum, Scævularum, Ielicrum,*  
*Rasseorum seditiones, exilia, clades, ar-  
que insuper octodecim Duces suppicio,*  
*vel exilio affectos.* Iannotius quidem  
infra pauciores numerat (libet enim  
ūsegoꝝ & repov respondere) sed hoc  
nihil refert; demus etiam multo plu-  
res necatos, vel extrusos fuisse; id pro-  
facto arguit, non fuisse in Ducibus re-  
giam potestatem, ut Bodinus ex Ian-  
notio tradit, cuius quidem rationes,  
seu verius conjecturæ sunt refellendæ  
suo loco: id in præsentia sufficiat tan-  
tum adnotasse. De seditionibus au-  
tem, & coniurationibus illud modò  
dixerim, quod Aristoteles de Cartha-  
ginensibus, neque ullam seditionem ex-  
itiisse memoratu dignam, neque ullum  
tyrannum. Bajamontanam tantum-  
modo coniurationem excipo, ex qua  
periculum ingens conflatum erat re-  
publicæ, quanquam non fuit in animo  
conjuratis libertatem evertere, sed ini-  
micos, & adversarios depellere à gu-

V § berna-

bernaculis: quo sit, ut ea quoque non  
adversus patriam, sed adversus Ducem,  
privato nomine conjurorum hostem,  
habita fuerit. Grayissimum tamen  
inde incendium exaruit, quod non sine  
sanguine, & quorundam exitio restin-  
gui potuit. Cetera omnia conatus  
quofdam tantum habuerunt, qui ma-  
turerè admodum sunt oppressi, prius  
quam erumperent, & aliquod vel mi-  
nimum detrimentum reipubl. infer-  
rent: neque verò tam multa fuerunt,  
quam videri ea cupit, dum plura ex  
uno Bodinus fecit, sed non bene. Nam  
Theupulanas, & Bajamontanas con-  
juraciones, tanquam res omnino di-  
versas distinguit ac separat, quia etiam  
multitudinis numero recentias me-  
morat, & preterea bella civilia media  
in urbe gesta, que quòd plura videan-  
tur, adjicit etiam, sapè: cum tamen in  
urbe non nisi semel fuerit dimicatum;  
idque in ipsa conjurazione Bajamon-  
tana, sive Theupulana, que non sicut  
alia atque alia, sed prorsus eadem, &  
una, ab eo, quem sibi Ducem conjurati  
præfecerant, nomina hæc adepta, Baja-  
monte ex Theupula nobilissima, & ve-  
rissima gente. Reliquæ conjuratio-  
nes sunt duas, videlicet Bovoniana, &  
Paleriana, que sub ipsis initis vindici-

N O T A E. 515  
cate nihil omnino obesse reipubl. po-  
tuerunt. Nam quæ antiquissimis tem-  
poribus prodicæ fuerunt Scævolarum,  
Ieliorum, Basiliorum, aliarumque no-  
bilium familiarum private concerta-  
tiones & digladiationes, hæc conjura-  
tionum loco atq; numero haberi non  
debent, propterea quod fibi meti p̄s,  
non reipubl. perniciem struebant. At-  
que ita sumnum fuerunt tres conju-  
rationes, à quibus tamen ipsa reipubl.  
nihil damni accepit; & ex his una can-  
tum memoratu digna in tot annorum  
curriculo à reipubl. emenso, quot ex-  
acti fuerunt ad hæc nostra tempora,  
jam inde ab anno c D XXI, quo pri-  
mum ea ceperit. Sed quia Bodinus hoc  
illi decus invideret, & pariter in dubium  
revocat diuturnitatem illius libertatis,  
hæc nobis à calumniis hominis fuerit  
vindicanda, qui duntaxat ad tempora  
Caroli, & Nicephori, quorum pactis  
aceperis fēc Venetos libertatem ait, Ve-  
netae reipubl. ortum, ac primordia re-  
jicit: prius autem quædam rerumpubli-  
carum formas singulares fuisse, & à  
dispersis huc atque illuc in scopulis ha-  
bitatum, quod tamen nullo modo  
probat, nec probare potest: verumta-  
men postulat, ut sibi tanquam Xeno-  
crati injurato fides habeatur. Quia  
tamen

tamen apertissimè refellebatur creatione Ducum, qui cepti sunt eligi anno **D C X C V I I**, vel ut ipse haber, anno **D C C V I** à Christo nato, conatus est, ut usurpare hæc tempora, tanquam proflus eadem, intervallum interjectum quoque è medio tollere, quod tamen non erat minus uno seculo. Quid prodigiosum, & portentosum magis fieri queat, non video: sed facile in angustias compellitur, qui regium tramitem deserit, & diverticula querit. Quare tenetur Bodinus, nec evadere potest, quia respubl. fuerit, ubi primum reipubl. Dux præfetus est. Nam postea Metamaucum ab Heraclea translata, tandemque à Metamauco in Rivum alcum, Ducatus sedes nibilomagis remp. immutare potuit, quām regnorū status ipsi Reges, ubi domiciliū & sedem collocare statuunt modò in hoc, modò in illo sive dictio-  
nis oppido. At enim, inquiet Bodinus, saltem priusquam Dux unus crearetur, cujusque pagi suum jus erat, & imperium ab aliis divisum. Quis autem hoc ait? Siquidem ex antiquissimis annalibus licet intelligere, antequam Duces in reipubl. instituerentur, penes Magistrorum militum summum imperium fuisse, qui Magistratus, ut scribit An-

dreas

dreas Dandulus, tribunatu major erat secundum Græcorum usum, proindeque universa reipublicæ præsidebat, ac tribunis omnibus. Vbi verò Dux institutus est, sumnum quidem jus, quod prius obtinebat, amisit, sed retinuit adhuc autoritatem proximam à Duce; constat id apertissimè ex eo, quod annales scribunt, cum fines Veneti Ducatus essent statuendi ex fœdere inter Luitprandum Regem, & rem publicam inito, rem transactam esse per hos utrosque, Paulum Duceim, & Marcello magistrum militum, qui eidem in Ducatu proximè successit. Vrlo quoque, tertio Duce, interempto, cum illius administrationis pertersum esset, credibile admodum est, ad antiquam reditum fuisse, magistroque militum imperium denuo restitutum, quoad iterum Ducem præfici reipublicæ plau-  
cuit. Ea verò semper una fuit eademque, quamvis aliis temporibus alios Magistratus habuerit, & ante Duces, vel Magistri militum præsuerint, vel tribuni: quorum nomina si vetustas oblitteravit, nihil est admirandum, quia Regum potentissimorum memoriam, immò verò gentium, & nationum, quamplurimarū omnino delevit. Cum verò Italie calamitates continuaren-  
tur,

318 IN DONAT. IANNOT.  
tur, à Barbaris misere affecte atque la-  
cerata, fatis habebant sua pacata ac  
tranquille tueri, quicunque admini-  
strabant ea tempestate apud Venetos  
summam rerum, quæ tunc angustissi-  
ma erant, atque tenuissimæ : quare  
in tanta barbarie, quæ tunc ubique vi-  
gebat, dum optimæ artes atque litteræ  
omnes conticescerent, unde res præ-  
clarissimæ intercederunt, quid mirum,  
si Venetæ non nihil obscuratae sunt ?  
supereat tamen epistola Cassiodori, quæ  
de præfitorum Venetorum vita non  
pauca tradit, laudat nobilitatem, cele-  
brae industriae, effert maximis lau-  
dibus innocentiam, & integritatem,  
acttingit etiam nonnulla de administra-  
tione civili, de quibus aliis erit dicendi  
locus. Exrat etiam altera epistola Ho-  
norii Pontificis anno DCXXX. ad epi-  
scopos Istræ, & Veneria scripta, in  
qua de Veneta republica fit mentio:  
unde apparet, Bodinum falso tradi-  
dit, plures eo tempore fuisse respubli-  
cas, & non unam tantum : quan-  
quam hæc duo cohærente inter se non  
possunt, quæ manifestissimè pugnant  
pacati Nicæphori, & Caroli (sic enim  
ipse ait) *Venetos libertatem primum ac-  
cepisse*, & habuisse formas reipublica-  
ntea singulares. Nam quomodo nou-

tan-

tantum una respublica; sed plures apud  
illos erant, qui ea libertate carebant,  
quam nondum acceperant ? Scitum  
illud est, mendacem esse memorem  
oportere, ne se ipse prodat. Fœdere  
quidem inter Carolum, & Nicæpho-  
rum ito, cum omnes imperii pro-  
vinciae dividerentur, illud cautum fuit,  
ut Veneti libertatem suam recinerent,  
& propriis uterentur legibus, sicut an-  
te solebant, utrumque imperatorem  
æquè ac simul reveriti, sed sive bello,  
sive pace censi neutrius partis, ut di-  
fertissimis verbis planè scribit Blondus,  
qui ex antiquissimis auctioribus se ac-  
cepisse tradit. Verumtamen ob mer-  
catuæ studia, quibus erant addicti, &  
propter ingentia commoda & emo-  
lumenta, quæ percipiebantur ex navi-  
gationibus in Orientem, unde res o-  
mnes cum privatæ, tūn publica plu-  
rimum augebantur, vīsi sunt Veneti  
propendere cunctis temporibus magis  
in partes Orientalis, quam Occiden-  
tali imperi.

N O T. VI. Portus ad Castella ge-  
mina.] Castellorum portus scriptori-  
bus multis est ad D. Nicolai, nomenq;  
sumit ab antiquissimo templo, & co-  
enobio Monachorum sancti Benedicti.  
Castella vero sunt eo situ, atque arti-  
ficio

320 IN DONAT. IANNOT.  
ficio constructa & communata, ut naves atque tritemes, si portum ingredi velint, per viarum ambages non solum proram puppemque, & latera certissimis tormentorum istibus necessario exponant.

*N*ot. VII. *Vbi navigia, qua Patavio solvunt Venetas.*] Ut Medoacus annis commode interficeret navigationi, nec tamen in aestuaria, quibus maximè res publica consultum veller, irrumperet ad Lizlafusinam usque pars fluminis deducta erat ; unde Clodiam versus traducebatur, ut in mare influeret : Dividebat eo loci Medoacum amnem ab aestuariis solidus agger, qui in cunei modum surgebat : machina ibi constituta tanta latitudine, ut commode cymbas, & majora navigia, quæ flumina percurrere solent, recipere posset : ex hac trochleis, & ductariis funibus demitterebatur instrumentum quadrangulare, ex astibus compatum, multoque ferro munatum, quod currum vocabant ; & cum ad aquam pervenisset, ita immergatur, navelisque substernebatur, ut super ipso facile sponte sua constitui, atque firmari possent : Quo facto à duobus, vel pluribus hominibus, pro ponderis ac navigii magnitudine, trochleis ipsi,

& du-

N O T A E. 321  
& ductariis funibus sensim trahebatur ad summum cuneum, moxque in eam partem demitterebatur, donec ad aquam perveniret : tunc verò, supernante cymba, retrahebatur ad summum aggerem, ut quoconque accedentes navigia, vel in Medoacum amnem, vel in aestuaria, ad ea evehenda demitteretur ; pari namque ratione utrinque trahi, ac demitti facilissime poterat. At superioribus annis totus agger cum machina sublatus, sic enim aestuarii conducere visum est. Pars verò fluminis novo alveo navigabili, multè antequam ad Lizlafusinam perveniret in mare, Clodiam versus derivata, atque adeo ne influere possit in aestuaria, quæ nunc novo Eusipo Mauritianum usque perveniunt, novis machinis, quas Portas appellant, separata.

*N*ot. VIII. *Calles non ita multos facilè comperias, qui binos homines, &c.*] Noctu, prout credo, Venetam urbem perlustravit Florentinus scriptor, aut porius scribere voluit, paucissimos esse calles, qui binos, aut etiam ternos homines pari gressu una incedentes non admittant. Multæ sunt etiam viae per amplæ, quas Venetiarum vulgus Salicatas, vel Piscinas appellat ; multas


X plateas.

522 IN DONAT. IANNOT.  
plateas, quas *campos* dicunt, & Sanc-  
tivus in iis, quæ de Veneta urbe scri-  
psit LV receruit.

No r. IX. *Pons è ligno sublicius*  
*transversarius jungit*, &c. Existima-  
runt aliqui, sed perperam, fabricam  
hujus lignei pontis, tuili antiquissi-  
mam, reperendaruntque à priscais tem-  
poribus urbis conditæ. Veruntamen  
locupletissimus testis est Andreas Dan-  
dulus, eam nonnisi anno XII. Raynerii  
Zenii Dicis inchoatam, antea verò  
nihil penitus excitisile, quo pars ultra-  
que urbis continuaretur, intercurrente  
maximo Euriopo determinata, quem-  
admodum his locis omnibus, qua-  
nunc vocantur *Trajectus*. Pons autem  
hic a *moneta* primum nomen invenit,  
properterea quod exemit onus perfol-  
venda moneta, hoc est exigua illius  
mercedis ex naulo, quod modò aße  
Veneto solet ultimari, semissè paucis  
jam annis, dimidio autem minus erat  
antiquis temporibus, quemadmodum  
scriptum reliquit idem Andreas Dan-  
dulus. Non prius igitur, quam  
anno millesimo ducentesimo sexage-  
simmo quarto pons, cuius meminit  
Iannotius, hic ex ligno factus. Anno  
autem millesimo quadringentesimo  
plane fuit consumatus; & post annos

tri-

*Effigies Pontis Rivi Altii.*



triginta cancellis ligneis circumseptus ad latera utrinque. His autem postea revulsis & dissipatis, cum mortalium multorum pernicie & strage, qui Fridericum Imperatorem urbem ineunte conferti conglobati que simul in eo ponte spectabant, cancellorum loco officinæ sunt excitatæ, & in duos ordines divisæ, ponte in latitudinem aucto. Temporibus autem nostris ex Senatus Consulato pons ligneus omnino sublatus, & recens alter ex Iltriano lapide fabricatus est: cuius anno à Christo nato millesimo quingentesimo octogesimo octavo fundamenta posita palis ex ulmo sedecim pedum altitudine, hinc & illinc impactis, pari ferme numero contignationes è larice desuper injectæ, crassissimis trabibus invicem compactæ, & connexæ: in iis ingentia marmorum fragmina ingesta & conferta, interstratis lateribus alternis, clementeque oblitis. His fundamentis jactis operosa moles elegan-  
tissima specie, & prospectu pulcherrima, in unum fornicem protenta maximum & amplissimum, non minori quam triennii spatio fuit clara, duabus officinarum ordinibus interdistincta, ad quam summam triple ascensus ac

X 2 :      descen-

314 IN DONAT. IANNOT.  
defensus visitur. Regia tamen, seu media via, multo paucioribus gradibus aditur; reliqua à lateribus duæ, pluribus, sed humilioribus pro varia transversum opportunitate. Latera duo, quæ Euripum prospectant, perpetua columnarum serie ex Istriano marmore exornata.

IANNOT. Dicam igitur eos omnes, qui Venetiis degunt, tres in classes distributos esse, Popularium, Civium, Patriciorum.

CONTARENVIS libro quinto de Republica, pagina trecentesima vigesima tertia; & libro primo, pagina ducentesima sexagesima octava.

N o t. X. Tripartita hæc divisio passim Venetiis auditur. Auctores etiam illi, qui bipartito divisorunt, ut Contarenuis, in nobiles, atque populares, coacti sunt inde populares dividere in duos ordines, insimil plebis unum, honestioris generis alterum. Quamobrem satius erit hanc divisionem retinere, quam Triphoni Gabrieleo acceptam refert Iannotius. Non me lateat, in primis controversum esse, an, qui Venetiis appellari solent cives, vera sint cives. Nam quia suffragium non fuerunt in deliberando, & nullius

publici

N O T A E.

publici Magistratus insignia gerunt, propterea civium albo plerique illos exemerunt. Enimvero quo variis populorum mores, & leges perscrutati in historia occurunt, fateri cogunt, non unum, sed permulta genera civium, ac diversa existere, ita ut civis definitio afferri nulla possit, quæ in omnes, qui dicuntur cives, ex æquo conveniat, sed prout in iis evenit, quæ analoga vocant, porissimum genus definitione propriæ explicandum sit, unde genera inferiora suo quæque ordine propriam rationem defumant eò evidenter, quæ propiora fuerint præcipuo illi generi. Quapropter Aristoteles non cuncta civium genera (id enim tanta in varietate quæ poterat?) sed civium genus omnium longè præstantissimum definitione sua comprehendere instituit: cuius principis generis habita ratione difficile non foret intelligere cetera. Quo sit, ut meritò vel malignitatis, vel inficitiae daminetur Bodinus, qui temerè in re tam aperte maledicere ausus est Aristotelii. Non enim ubique nationum, & gentium, quod satis constat, illædemque temporibus, eodem jure cives perpetuo extiterunt. Athenis Solonis lege sanctum erat, ut ab honoribus & Magistratibus arceretur

X 3

quarta

quarta civium classis, quæ multicitudine tres alias classes longe superabat, non tamen excludebantur à judiciis, & à jure concessionis habende. In Romana quoque republica contigilie legimus, ut quidam optimo jure censerentur ci-  
ves, quidam mediocri, quidam deter-  
rimo; cujusmodi fuisse cùm alios po-  
pulos, tūm Cerites accepimus, quibus  
sine ullo suffragii jure data civitas fuit.  
Qui vero dicuntur Venetiis cives, sive  
*Cirradini* ( ut vocis ipsius propria vis  
materna lingua exprimitur ) qui ci-  
vium numero habendi sint, negari  
non potest, non quidem optimo jure,  
quo duntaxat ii, qui nobiles sive Pa-  
tritii vocantur; sed medio quodam  
jure, & satis honesto. Nam præter ar-  
cana reipublicæ, quæ cuncta eis con-  
ceduntur, obeunt etiam gravissima  
munera per sepe in republ., funguntur  
legationibus, quas vulgo Residentias  
vocant, apud Duces, & proreges, mul-  
toque etiam principes, qui non sunt  
infra regale nomen, & fastigium: ex-  
ercent extra ordinem apud Imperato-  
res ipsos, & supremos principes am-  
plissima munera. Quin etiam ad ex-  
pediendas & conficiendas res maximi  
ponderis, horum civium fideli opera  
res publica uitur, quod ex annalibus  
Vene-

Venetis, ac etiam ex vulgatis historiis  
in promptu est cognoscere. Quid? quod iannotius inferius tradit, se non  
habere compertum, legem ullam ex-  
istere, qua fuerit olim cautum atque  
sanctum, ne cives ulli nominarentur ab  
Electoribus, præterquam Patriis, aut  
ne ratio haberetur eorum in comitiis,  
si nominarentur: quod nos etiam nul-  
lo unquam tempore decretum inven-  
ire possumus: Trierarchos quidem  
hoc ex ordine creatos aliquando legi-  
mus, & Cameracensi bello unus ex  
reipubl. ducibus fuit Aloysius Darda-  
nus, qui legati nomen obtinuit Oriaci,  
& Mirani, totiusque illius continentis  
tractus, qui in proximo erat. Quod si  
apitudine & facultate potius gerendo-  
rum munerum, quam actu ipso ge-  
rendi, civis definiri debet ( alioqui se-  
nes, & pueri cives non existent, & ea  
pars civium non modica, quæ consul-  
to abstinet honoribus) non video, quid  
repugnet, quominus ii, qui dicuntur  
cives, tales vere existant, & ab omni-  
bus haberi, & possint, & debeant. Di-  
stinguenda sunt tamen hic duo genera  
civium. Vnum, quod ab origine dici-  
tur, atque in illos convenit, qui non  
modo patrem, avum, & proavum ci-  
vem habuerunt, sed præterea sordidas

328 IN DONAT. IANNOT.  
artes nunquam exercuisse tam se, quam  
omnes illos probare possint; quod qui-  
dem apud Advocatores trium-viros  
fit solemnii ritu, & publicis tabulis con-  
signatur ejus rei memoria. Alterum  
genus est eorum civium, quorum ma-  
iores non constar excitilli cives; ipsi  
ramen in urbe vel nati sunt, vel  
eudi-  
cato, vel, quod postremo legi defini-  
tum est, decennium saltē Venetiis  
commorati domicilium ac sedem ibi-  
dem fixerunt. Fruuntur ii sāne privi-  
legiis Venetorum civium in portoriis,  
& vestigalibus potissimum, qua dimi-  
nio minora persolvunt, quam advenae  
atque exteri. Veruntamen, ut à fordi-  
dis artibus abstineant, nihil est ne-  
cessit. Non enim iis patet aditus ad ampla  
illa munera, que civibus ab origi-  
ne permituntur, præterea nemini.  
Caput hujus ordinis Magnus est Vene-  
tiarum Cancellerius, cui publici tabu-  
larii, suprema cura demandata est, &  
arcans quibusque non modo Senatus,  
sed etiam concilii Decem-virū, &  
collegii præfī, nihilque, quod veniat  
in deliberationem, aut in judicium,  
eum latet. Is togam Senatoriam, laxio-  
ribus manicis, purpurei aut violacei  
coloris, pro temporibus gerit, & ma-  
ximo est in honore, quoad vivit, at-  
que

N O T A E. 329  
que existimatione, ut Patriiū omnes  
non gravatē ipsi locum cedant: post  
obitum vero publico funere effertur,  
quod frequentes patres, ac Dux ipse de  
more deditunt. Secundū Magnum  
Cancellarium Quatuor-viri eminent,  
qui à secretis Decem virū appellan-  
tur, atque aliis omnibus antecellunt  
dignitate. Succedunt alii xxiv qui Se-  
natus excipiunt arcana, nec non acta  
describunt, & rerum maximarum  
consilii interflent, præter hos nulli ad  
secretā reipubl. admittuntur. Alii ta-  
bellionum, seu scribarum Ducalium  
tantum munere funguntur, qui di-  
cuntur vel ordinarii, vel adsciti extra  
ordinem. Nam triplex ordo inter pu-  
blicos scribas omnino intercedit, quo-  
rum ultimus gradū facit ad medium,  
& medius ad primū, factō prius ta-  
men eruditiois atq; ingenii periculo.  
Licit iiii porrō, qui cum imperio in  
provincias Patriiū mittuntur, aut ora-  
tores destinantur ad maximos Princi-  
pes, ex ordine scribarum medio unum,  
aut alterum secum ducere, qui litteris  
conscriptis inserviat. Inferioris or-  
dinis adhibere aliquem non licet, nisi  
per Decem-virale concilium forte co-  
pia fiat. Habent præterea cives ii, qui  
Originarii Venetiis vocantur, præter

330 IN DONAT. IANNO T.  
cas, quas superius dixi, legationes, ex-  
tra urbem alia non pauca honesta mu-  
nera. Magnus regni Cret<sup>e</sup> Cancellarius  
habitu, incessu, & dignitate Veneto  
similis ex eorum ordine legitur, idque  
à majori Patriitorum concilio: Prae-  
fetus arcis Crema<sup>t</sup>, metallorum fodiis  
Vicarius, qui à Decem-viris olim, nunc  
à Senatu eliguntur, & alii non pauci.  
Plebei homines in urbe Venera tertium  
locum tenent, qui prout diversis arti-  
bus & negotiis vacant, in varia quoque  
collegia tribuuntur: ex his tamen alia  
sunt necessaria, alia libera. Nam cun-  
ditis opificibus imposita est necessitas  
non modo profitendi suam artem,  
quam in publico exercent, sed nomina  
etiam dandi in unum collegium, quod  
sortitur appellationem suam à genere  
opificii. Ejusmodi igitur collegia ne-  
cessaria voco, in quibus is, qui princi-  
pem locum obtinet, dici solet Gastral-  
dio, qui cum affiliis suis (vulgo  
de Banca vocant) jus haber non modo  
convocandi collegii, sed etiam ferendari-  
um legum, vel abrogandarum, pro-  
ut collegii utilitas, & ratio temporum  
postulat: leges tamen ab illis proposi-  
ta, & consensu majoris partis è colle-  
gio firmata, nisi ab Aedilibus sanctis,  
& approbatæ fuerint, nihil roboris ha-  
bent,

NO T AE.

331  
bent, quinimo irritæ censentur: Hæc  
igitur collegia tot numero existunt,  
quot genera opificiorum publicè exer-  
centur. Quæ vero pietatis ergo dun-  
taxat instituta sunt, quæ multò plura  
existunt, hæc libera nuncupo, pro-  
pterea quod nonnisi volentes admit-  
tunt, nolentes non cogunt. In singulis  
templis, & sacris adibus, que sunt  
longè plurimæ, binæ minimum fra-  
tria, vulgo scholas vocant, sive Con-  
fraternitates; altera, quæ sanctissimi  
nomine sacramenti insignitæ; altera,  
quæ Deipare Virgini est dedicata: sed  
præterea vix ullum delubrum aut fa-  
cellum extat, in quo Viri sancti alicujus  
celebratis non recolatur: ex quo fit,  
ut horum Collegiorum prope infinitus  
sit numerus, in quibus omnibus  
plebei homines honores adipiscuntur.  
Patricii namque, & cives, licet pro eo-  
rum pietate in collegium cooptentur,  
& stipem conferant, à dignitatibus ab-  
stinent. Obtinent verò cives sex am-  
plissima collegia; sex urbis regionibus  
attributa, & magnarum scholarum  
titulo donata. Ex his binæ sanctissimæ  
Virgini confeccratae sunt; una quidem  
Charitatis nomine antiquissima, altera  
verò Misericordia addito cognomine:  
binę quoque duobus Euangeli scripto-  
ribus

332 IN DONAT. IANNO T.  
ribus dedicate D. Ioanni, qui Aposto-  
lorum omnium Christo fuit charissi-  
mus, & D. Marco civitatis Venetæ  
patrono ; totidem duobus cœlitibus  
Rocco, & Theodoro. Cooptare licet  
in has omne genus hominum, Patritii  
tamen suis honoribus contenti, ut ci-  
vibus imperii speciem aliquam relin-  
quant, quamvis in societatem adsciti,  
ad honores non admittuntur. Qui pre-  
sunt his collegis, magno sunt in pre-  
tio, magnique cultodes vocantur; eo-  
rum spectatae fidei, arque integritati  
ingens pecunia numerus conceditur  
ex piorum hominum legatis atque lar-  
gitionibus, tūm ad inopiam & misé-  
riam pauperum sublevandam, tūm ad  
nubiles virgines collocandas. Assident  
iis alii nōnulli in eodem suggestu cum  
discrimine dignitaris, quæ vocabulo  
ipso designatur, Vicarii, Scribæ, Syn-  
dici, Decanorum, & Adjunctorum.  
Nonnulla verò tractandi, & confiden-  
di magnus custos cum illis, qui sibi  
assident, jus integrum habet : sed in  
rebus maximi ponderis ac momenti  
majus concilium convocare solent;  
cujus illi omnes sunt participes, qui-  
cunque perfuncti sunt munere aliquo  
in societate; nam qui nullos geserunt  
honores, lege à concilio arcentur. At-  
que

N E T A E. 333  
que hæc de civibus, ac popularibus  
dicta sunt.

I A N N O T I V S. De Primor-  
diis, atque incrementis nostræ civi-  
tatis, &c.

C O N T A R E N V S Pagina 10. lin.  
27. In quibus mediis, ea regione, qua  
Rivoaltus, &c.

N O T. X I. Multa fuerunt in sta-  
gnis oppida condita, multæque variis  
temporibus insule frequentatae ab iis  
populis, qui barbarorum immanem  
sevitiem atque tyrannidem fugiebant:  
nihil tamen & celebrius & antiquius  
eo, quod stabile domicilium ac fidem  
præbuit libertati, Caroli Magni tem-  
poribus gremio suo complexum, quic-  
quid per omnes insulas erat dissipatum.  
Huic igitur ad non obscurum fu-  
turorum omen, proprio Rivoalti no-  
mine insignitæ insulæ, accepta Venetæ  
urbis orige non injuria refertur cùm  
dignitatis, tūm antiquitatis habita ra-  
tione. Nam prima inter omnes alias  
coli, & frequentari coepit, quod perfu-  
gium tutissimum contineret aduersus  
efferarum gentium impetum, primas  
quoque semper obtinuit, præterquam  
iis paucis, quibus Heraclæ, & Meta-  
maucum annis floruerunt. Ceterum  
de urbis origine fuit opinio duplex,  
qua-

334 IN DONAT. IANNOT.  
quarum alteram jamdiu comprobavit  
communis aſſensus ; anno ſcilicet  
quadringentefimo vigefimo primo ,  
urbem conditam feſto die Annunciationis  
Deipara Virginis, qui dies urbis  
natalis ſemper habitus, ſolemini, & ma-  
xima religione à Venetiis cultus. Altera  
verò opinio, quam ſequi videtur Con-  
tarenuſ, ad Attila irruptionem uſque  
rem protrahit, quaſi viſ alia Barbaro-  
rum nulla fuerit antea, qua mortales  
compelli potuerint ad hæc æſtuaria,  
nihilque trepidatum temporibus illis,  
quibus Alaricus, Ataulphus, & Radagafius,  
ingentes copias fecum in Italiam  
trahentes, terrorem & cladem  
plurimam Venetiis intulerunt. Equidem  
ſi Alarici unius expeditio prima, qua  
Gothis, Hunnis, & Alanis in ſocie-  
tatem aſcitis per ſaltus Tridentinos  
Venetiam irrupit xiv. Kal. Septembris,  
anno c̄DII, formidolofa cunctis Italis  
adeo uſque fuit, ut quia à periculo &  
metu longius aberant, de Italia deſe-  
renda ſerio cogitarent, adeundisque  
infulis Corsica, Sardinia, & Sicilia ſquo  
animo Venetos extitile tunc exili-  
mandum, quorum agros pervaferat  
tancus ille furor, uerbique omnes vel  
affixerat, vel planè ſubegerat ? Nonne  
quod alii cogitabant, oportuit eos fa-  
cere,

N O T A E. 335  
cere, ut uxores, & liberos, & fortunas  
ſuas in iſulas tranſportarent, atq; eo  
promptius, quo pariter & periculum,  
& per fugium propius? Ergo ab hone-  
ftiſimis ciuibis frequentata, exinde  
nonnihil accessionis ad celebritatem,  
æſtuaria cum ſuis iſulis conſequi cre-  
perunt, anteā non niſi à pauperibus,  
abjectisque hominibus, cujusmodi pi-  
ſcatores, & navicularii, habitari ſolita.  
Continuata poſthæc Italiz infortunia  
per alias proximas barbararum gen-  
tium irruptiones, quibus expoſita Ve-  
netia prima ſemper fuit, accolas impul-  
erunt æſtuariorum, ut mapalia, ſeu  
tuguria plura edificarent, quod ſe re-  
ciperent, urgente aliquo diſcrimine.  
Non tamen probare poſsum eorum  
ſententiam, qui periculi ab Attila im-  
minentis declinādi cauſā, nefcio quem  
regem Patavii primum noꝝ urbis fa-  
bricandæ conſilium cepiſſe, memorie  
prodiderunt : & quodſam etiam ē ſuis  
ciuibis Rivum alcum miſiſe magnis  
opibus, & consulari potestate pradi-  
tos, quorum etiam nomina, ſi diſ  
placeat, recitant ex quodam veruſiſi-  
mo monumento in tabulario Patavi-  
no, ut ajunt, reperio, quod quidem  
non gravabor adducere hoe loco, ut  
omnes videant, quanti quanti facien-  
dum

356 IN DONAT. IANNOT.  
dum sit, expessum totidem verbis ex  
sermone vernaculo.

Anno à Christo nato CDXXI, ultimo  
veri Innocentii Papae primi ex Apono  
oriundi, cum maxima gloria & felici-  
tate florere Patavinum regnum, ad  
ministrantibus rem publicam Galiano  
Fontana, Simone Glaucone, & An-  
tonio Gaulo Loravio Coss. Honorio, &  
Theodosio Arcadii filii imperantibus;  
per Consules, & Senatum Patavinum  
decretum fuit, ut principes aliquot viri  
ex omnibus delecti adiscerent urbem  
prope Rivum altum, cogerentque in  
eandem omnes ex circumiacentibus in-  
sulis, & unum esset potius oppidum por-  
tuosissimum, quam multa, ubi stationem ha-  
beret classem apparata, mariimisque re-  
bus jugiter assuta, ad custodiam portus,  
perfugiumque, si quod bellum ingueret,  
exhibendum longe ruti simum: Gottha-  
rum enim multitudo, insolentiaque  
perspecta tenere se adhuc memoria,  
illos una cum rege suo Alarico Italianam  
ingressos, reliquissime eam rapinis arqui  
incendiis vastatam, ipsamque urban-  
infesto agmine perisse, & direptionem  
mandasse. Quare prater eos mortu-  
mos alias attulissent Gotthi, cives Pa-  
tavinios percepit conatus iis, qui ex  
Australibus, & Occidentalibus regi-

gionib

N O T A E. 357  
nibus tunc per eos gliserent, timore  
adductos statuisse, vel eo ipso anno  
CDXXI. XVII. Kal. Aprilis urbem con-  
dere, in qua perfugium compararctur,  
& portus justa fluminis ostium, coacta  
universa multitudine in eum locum, cui  
nomen Rivo alto ex insula, & stagna,  
atque adeo ex tota provincia. Vibem  
porro Venetiam nominatum iri, biennio  
que prefuturos operi eo transmissos con-  
sules, à quibus fundamenta jussa VIII  
Kal. Aprilis circa meridiem: primos  
autem prefectos operi consules Albertum  
Falerium, Thoman Candianum, &  
Zenonem Daulum: alteros consules  
Lucianum Paulum, Maximum Lu-  
cium, & Vgonem Fuscum.

Hoc dicitur exemplum esse illius  
monumenti, quod ex nescio quo Pa-  
tavino tabulario fuerit de proptem,.  
cum tamen ipsum Patavium dirutum,  
& solo æquatum sine ullis habitato-  
ribus diuissime manserit, & usque eo  
rerum Patavinarum memoria interie-  
rit, ut ne Patavini quidem ipsi negare  
audeant, quod à viris gravissimis te-  
statum acceperimus, ejus urbis nullam  
prosursus existare memoriam ante Ece-  
lini tyranni crudelissima tempora.  
Quid? quod in nostris Annalibus scri-  
ptum reperimus, Patavios suis ora-

X

coribus

toribus ad Narsetem missis, dum Ravennam per hac astuaria contenderet id ab eo contendisse summo studio, sed frustra, quod antea non semel, & ab Odoacre, & à Theodorico; uti paludiua stagnorumque possessione, quæ per injuriam sibi crepia criminabatur, Veneti deicerentur, atque expellerentur. Non igitur urbis conditores, sive primi auctores, qui potius hostes Patavinii fuerunt, quoad oppugnati à Longobardis, & Patavio everso coacti sunt ad illos confugere, à quibus disdeabant. Quin ergo monumentum hoc falsum fictumque fuerit, nullus dubito: sed quia Scardeonio atque nonnullis rerum nostrarum scriptoribus impoſuit, Veneriq; nominis calumniator post homines natos nequissimus, ut libertati Venetæ notam iaureret, hoc ipso tanquam firmissimo innititur fundamento. Patavinis subjectam ab ipso natali fuisse rempublicam nostram, operæ pretium existimo, decretum hoc, quod circumfertur ineptissime & absurdissime concinnatum, examinare: quorū enim verba, totidem sunt expressa mendacia. Primum est, ultimum annum Innocentii primi à Christo nato fuisse cxxxii. cum ejus obitus contigerit quadriennio ante: successit

Zosi.

Zosimus, qui obiit anno duodevigesimo extremo: crepus fuit anno proximo Bonifacius primus, cuius anno post altero urbis fundamenta posita.

Alterum: Innocentium Pontificem faſile oriundum ex Apone, qui locus à Patavio abest paſſuum quatuor millia. Impudentia scriptoris ementientis, aut summa imperitia, ut Patavinum faceret Pontificem: Apontes, sive Apones pro Albano ridicule accepit.

Tertium: tunc regnum Patavinum ullum viguisse, quo tempore Imperatores rerum potiebantur: id vero nullus, quaneumvis hebes & rudis, ignorare potest, licet ut muniat undique causam, per belle mendax iste cum ipso regno, senatum, consules, cives Patavinios, rem publicam confundat.

Quartum: antequam Rivus altus edificaretur, hoc est, annum cxxxi. exitisse complura oppida per haec stagna dispersa, ex quibus tunc una demum civitas coaluerit. Contigit hoc satis longo intervallo post, nimirum anno ccxcix. Heraclea primū, & Equilio funditus everis: deinde Albiola, Clodia, Metamauco, & aliis, unde plurimum incrementum Rivo alto accessit, quemadmodum ex omnibus annalibus clarissime constat. Sed ante

Y 2. annum

340 IN DONAT. IANNO T.  
annum cdxxi. nullum erat in his pa-  
ladibus oppidum, ac eis in summis qui-  
dem. Niſi quis vellit ea, quae Strabo  
scripsit de Aquileia, Adria, & aliis op-  
pidis, quae tunc temporis mari allue-  
bantur ad Metamautum, Heracliam,  
Equilium, & alias insulas, ineptissime,  
ut scelestus nebulo fecit, atque prodi-  
gioſiſſime traducere.

Quintum: inane studium ad custo-  
diam & tutelam portus, cum nulla  
barbarorum copia maritimæ forent,  
non modo classis apparandæ, sed urbis  
condendæ; prepoſterumque ac per-  
versum illorum consilium, qui mini-  
mè conſulerent ſuę incoluntati inter  
agrorum & urbium ſevas direptiones:  
cum Alaricus & Aatalphus effeſt in  
Italia, cæteræque imperii provincia  
omnes bello arderent, à tyrannis fa-  
dissimè laceratæ. Sed cum summa pax  
& tranquillitas ubique vigeret, Italia,  
Gallia, & Hispania proximè pacatis,  
barbarisque omnibus compressis, ac  
tyrannis deletis, de quibus Imperator  
Honorius triumpharat anno cdxvii,  
tunc intempeſtiva formidine fugam  
adornarent, hofce nullo apparente, ne  
dum inſequente.

Sextum: ex Australibus regionib;  
atque Occidentalibus ea tempeſtate  
Gottho-

N O T A E. 341  
Gotthorum motus auditos; qui sta-  
bili fœdere cum Romanis juncti, Ala-  
nos, & Vandaloſ in Hispania multis  
præliis attiverant, & certam denum  
Gallia partem polliendam accep-  
rant, beneficii præmiique loco ab Im-  
peratore, cui frenum fidelemque o-  
peram, si unquam aliás, prätabant.  
Auctor huic ementiti decreti, quif-  
quis ille fuit, cum audiret, à doctis  
viris scriptores quodam amentie re-  
prehensos immaturè nimis cauatos  
Hannicos terrores; pro Attila & Hun-  
nis subiect Gotthos & Alaricum; astu-  
tè quidem, sed non satis aut consulde,  
aut ſcitur. Nam licet aggressiones Got-  
thorum urbis novæ origini multò,  
quād Attilæ irruptione, propiores fue-  
rint: uterque tamen timor intempeſ-  
tivus, ac nullus; ille, quia iam defie-  
rat, hic, quia longum aberat, Attila  
nondum, aut via dum in lucem fu-  
ſcepto, & Romano Imperio post diu-  
turnas ærumnas, & calamitates ad  
ſpem amplitudinis pristinæ revivi-  
ſcente.

Septimum: tunc statim Rivo alto  
indictum Venetiarum nomen ex illo  
Patavinorum Senatus consulto, quod  
nomen perſpicue vetera monumenta  
docent omnibus initio pariter com-

Y 3 mune

342 IN DONAT. IANNO T.  
mune suis, quæunque continerentur his litoribus arque stagnis oppida; multo autem post, ut proprium, Rivo alto tributum, quam migrationes eò fierent ex omnibus insulis. Erenim multæ sunt veteres sanctiones, multa privilegia, quæ leguntur edita, & data in urbe Rivo alto. Seroque admodum hoc ipsum Veneriarum nomen tam longè latèque patens olim, quam stagna omnia, & littora in Rivi alti unius terminos concessit, secus arque præ se fert hoc Patavinum decretum imperitissime confectum, & omnino falso.

Sicut ergo constanti civitatis opinione urbis conditæ dies est VIII kal. Aprilis, ita ex Patavino decreto id contingit, nemo sanus est, qui dicere possit: ex nostris Annalibus liquido constat, quanam ratione divino potius, quam hominum consilii nova civitas ad Rivum alcum constituta fuerit. Ceperat ibi vicus esse satis frequens, non modò pescatoribus & naviculariis, sed multis aliis mortalibus in unum coactis, postquam Venetæ urbes Alaricus, & Radagaius cum ingentibus barbarorum copiis invaserant. Ex arundinibus & asperibus cunctæ habitationes, una duntaxat fuerat ex lateribus structa,

quam

N O T A E. 343  
quam incolebat illius fabricator Entinopus Cretensis. Contigit, ut incendium repente coortum, ventis levientibus, quaqueversum propagaretur, & vicum absumeret. Remediis ad flammarum inhibendam omnibus tentatis, operisque inani labore defatigatis, conversus ad cœlestē opem implorandam, qua erat Entinopus ille religione ac pietate, solemnī voto palā fœsi obstringit & obligat, si cohiberetur ilicid flammrum furentium impetus, offerre se ad consecrandum tantum soli, quantum satis foret ad rem divinam peragendam, cuius rei gratia suscipere cogerentur itineris arque incommodi plurimum universi incolæ, templo delubraque adituri longo intervallo disjuncta. Conceptis precibus & votis præter omnium spem subito flamma substituit, ac incendium recedit, largissimis imbris, ut fama, calitus effusis. Atque ita, quod se voti religione solveret, in area fuæ habitationis, quæ conflagraverat, Entinopus facellum adiuvavit, & D. Iacobo Apostolo dedicandum curavit, insigni celebreque admundū ceremonia, quippe cui dederint simul operam Episcopi quatuor, Severianus Patavinus, Hilarius Altinas, Iucundus Taurisanus, & Epodius Opi-

Y 4 ter-

344 IN DONAT. IANNOT.  
terginus: ac ne quid omni fausto &  
ltero decessit, Felix ille sacerdos nomi-  
natus dicitur, cui primum facelli cura  
demandata fuerat. Dedicationis au-  
tem dies festus, & adificationis prin-  
cipium planè idem fuit, sed unius anni  
curriculo intercedente, quod omnia  
monumenta vetera testantur, utrum-  
que viii kalend. April. contigisse, que  
lux orbi secundissima, & sanctissima  
illuxit, cum optarissimi nuntii ad bea-  
tissimam Virginem, tunc inauditi in-  
explicabilique sacramenti, quod hu-  
manam divinamque naturam simul  
copulavit. Vnā ergo cum tanti myste-  
rii memoria, & cum novo templo il-  
lius urbis primordia jure consecrata,  
cujus fore ea laus unica & præcipua,  
quod nullis unquam profanis, ritibus  
& superstitionibus, Christianæ tantum  
religioni nomen suum dederit, in qua  
orta, educata, & aucta perstabit aet-  
ernum fixa, necnon consenseret. Novi  
porro fani aut facelli exædificatio, cir-  
cumfluentibus undique finitimus, ut  
ejus opportunitate uterentur facilius,  
tanti momenti fuit ad Rivi alti fre-  
quentiam, ut civitatis nomen, & fa-  
mam inde habere cœperit, aucto ma-  
gnopere numero edificiorum, que  
circum circa in dies excitabantur. Su-  
perve-

N O T A E. 345  
pervenerunt postea misera illa tempo-  
ra, quibus Attila rex Hunnorum ag-  
greitus Itallam, nobilissimas quasque  
urbes Venetiæ deformavit, & diruit.  
Tūc opida multa in stagnis simul in-  
choata; Gradus ab Aquileiensibus; Ca-  
prula à Concordiensesibus; ab Altinati-  
bus Torcellum, Majorib, Borean-  
um, & Amorianum; ab Atestinis,  
proximisq; montis Silicis civibus Clo-  
dia, Metamaucum, Philistina; & ab  
aliis alia, quibus postea relictis ob Pi-  
ppini Regis, & Gallorum aggressionem,  
omnes in Rivum altum convenere.  
Et urbem satis antea frequenter, fre-  
quentissimam, & incolis refertam iuste  
magnitudinis constituerunt. Ex his  
apparet, Contarenum hinc incremen-  
tum potius & amplitudinem, quam  
ortum urbis respicere, dum Attila ad-  
ventum commemorat, cum multo  
ante, anno scilicet c<sup>o</sup>xxi, condita  
fuerit, quod etiam publica fide & au-  
toritate statuitur, que ab eodem anno  
enumeravit semper annos urbis con-  
ditæ.

N O T . XII. IANNOTIVS. Ga-  
lorum vim sustinuit, & egregie de-  
vicit.

C O N T A R E N V S. Pag. undecima,  
lin. 19.

Y 5 His

His ipsis temporibus Beati, Veneriarum Principis, auspiciis & ductu parta est insignis victoria, qua cunctis ferè celebrata scriptoribus, à quibusdam in dubium revocatur. Sed Annalibus Veneris antiquissimis, atque probatissimis, & monumentis amplissimis hujus pugnæ, quæ multiplicia superfunt ad hæc usque tempora, nescio cur aliqui minorē fidem tribuendam censeant, quam plebejo & rusticanō sermone conscriptis ab ignoto auctore, nescio quibus Francorum annalibus, unde Aimonius, sive Annonius, Regino, Ado, & quidam monachus ex cenobio Engolismensi, qui vitam Caroli Magni per annos digestissime tradidit, non modò hauserunt rem gestam, & sententiam, prout ipsi tradunt: sed etiam verba ipsa fuerunt mutuati, & quod ridiculum est, eodem propè ordine structa, & collocata. Quamvis intuentibus rem totam probè & accuratè, à nostris annalibus, Franci, etiam si veri essent annales, & eo tempore scripti, nō omnino disfertant, quatenus ajunt, à Pipino Venetiam subiectam. Nam ejusmodi famam per Galliam increbuisse, credendum ex eo, quod plurima Veneta oppida Pipini armis capita, Metamaucum quoque

347  
que ipsum occupatum fuerat, ubi usq; ad eum diem imperii Veneti sedes erat collocata. Accessit huic etiam causa Venetorum Ducum, qui exulabant, Obelerii fratribusque ad Gallos transfugium, quod nomine deditiois fuit ab ipsis acceptum. Propterea conari sunt Franci non modo victoriam, sed gloriam quoque subiectæ Venetæ sibi vendicare: quibus nos hæc opponimus, & regerimus. Primo, irritum & inane omnino fuisse, per Duces transfugas & perduelles quicquid fuerit gestum. Deinde, quamvis oppida multa capta everaque fuerint, ab his tamen calamitatibus Rivum altum, cæteraque siclitimas insulas intactas manifile, quò Dux, & omnis Magistratus ex Metamauco, ingensque Patriorum numerus, ex omnibus insulis communī consilio commigraverat. Postremò, quod ipsam causam & rem toram continet, cum Pipinus in intima stagna se se insumaret, ut extremam bello manum imponeret, capta Rivo alto, accepisse illam memorabilem cladem, multis Francorum millibus deletis, atque trucidatis, coactumque Venetis finibus abscedere irrito conatu. Sed opera pretium fuerit hæc altius repetere, totamque rei gestæ seriem ob oculos

348 IN DONAT. IANNOT.  
oculos ponere, ut omnes probè intel-  
ligant, & aperte videant, nullam fuisse  
causam iustam & legitimam Carolo  
Signio doctissimo viro inhibendi af-  
fensem, & in medio relinquendi rem,  
ut minus comperram; neque Cæsari  
Baronio Cardinali ita pertendendi, ut  
eriam coarguendos existimaret nobis-  
cum sentientes. Quid enim perversi,  
& malevoli scribant, susque deque.  
Cum igitur è vita migrasset Obelius, qui  
Olivensis Episcopus primus or-  
dine fuerat, alteriusque sufficiendi gra-  
tia in demortui locum, constituta popu-  
laria solemnì more haberentur, Ioan-  
nes, & Mauritius Duces, ille pater, hic  
filius, opibus & gratia connixi, quam  
maxime poterant, Christophorum  
quendam Grecum, cui studebant im-  
penitus, annos duodeviginti natum  
eè fastigii exulerunt. Res indigna visa  
Tribunis, multisque optimatibus, quo-  
rum omnium auctoritate ac potentia  
fretus, conscientia quoque stimulante,  
cujus est vis maxima, Ioannes Gra-  
densis Patriarcha, vir optimus atque  
innocentissimus, ut adolescentem con-  
secraret, adduci non poterat; tan-  
tumque absuit, ut Ducibus obsequie-  
retur non modo precibus, sed convi-  
cio propè assiduo agentibus, ut pro ea

per-

N O T A E. 349  
persona & dignitate, quam sustinebat,  
cum etiam grandis admodum natu-  
foret ac proœcta ætate, liberius u-  
trumque admonitum palam increpa-  
ret. Hinc novi ac inauditi sceleris vio-  
lentia exarbit, ingentium calamita-  
tum & malorum origo. Importens a-  
nimis, & furore præceps adolescentis in-  
struicto navigio, patre Duce conniven-  
te, cum satellitibus Gradum drepente  
advolat, & Pontificem nihil minus  
suspicere opprimit, injectisque ma-  
nibus sacrilegis ex altissima turri, quæ  
sacrifici adibüs imminebat; namque illò  
confugerat; deturbatum in caput  
præcipitem agit. Ia ranti sceleris me-  
moriā proditur divinitus factum,  
ut faxa respersa tam altè cruentem im-  
biberint, ut nullo modo potuerit  
unquam elui, multaque secula ho-  
minibus spectaculo fuerint. Atro-  
citas facinoris hujus allatura fuerit  
non minus filio, quam patri supre-  
num exitium, nisi re mature compo-  
sta, sive ut culpa eximerent, in quodam  
è satellitibus crimen conjectissent,  
infamiam tamen declinare nunquam  
potuerunt, neque invidiam; & odia  
cunctorum civium, qui studia suffra-  
giaque sua illi detulerunt, quem scirent  
omnium infensiissimum Ducibus furu-  
rum,

350 IN DONAT. IAN NOT.  
rum, Gradenſi Patriarchi renunciato,  
qui arctissima propinquitate interem-  
ptum attingeret, Fortunato nepote,  
opinor, ex fratre. Quin nova discon-  
diarum femina excitanda forent, veter-  
aque plurimum augenda, nulli du-  
biū erat: Patriarcha Ducibus diffi-  
dere, Duces Patriarchæ, utrinque su-  
spicioneſ fraudum, atque inſidiarum.  
Opportunitas tantum expectabatur,  
quam antecapere unuſquisque pro vi-  
rili ſtudebat. Sed Fortunatus gemino  
ſtimulo incitatus, & perſequendæ ne-  
cis patruo iniquissimè allata, & aver-  
tendi periculi, quod ſcirent imminere  
ſibi, mirum ni occupaſſer, arque ante-  
vertiſſet. Obelerius tribunus Meta-  
mauenſis, & optimates nonnulli, coi-  
tione facta de necandis aut extruden-  
dis Ducibus, agiteabant conſilia. Fuerit  
ne Patriarcha ipſe auſtor, non expe-  
dio, ſocium quidem ſe præbuit, non  
modò horratorē. Nihil propius e-  
rar, quam ut res ex voto ſuccederet,  
niſi delata per certos judices ad Duces  
precaueri potuſſer. Conjurati con-  
jeclī in magnas anguſtias de relin-  
quenda patria omnes cogitarunt, non  
tamen inconsuētac temerē, fed re-  
conſtituta, ut Patriarcha in Galliam  
proficiſceretur, ad Imperatoris Caroli  
auxi-

N O T A E. 351  
auxilium fidemque implorandum;  
Obelerius, & cæteri audaces, acque  
manu prompti Taurisum ſe recipie-  
rent imminentes Ducibus, ſi qua da-  
retur opportunitas ex vicino oppido:  
qua ſpes atque expectatio minimè fe-  
felli. Auditō enim Obelerium in pre-  
pinquo eſt, non ſolum propinquū,  
affines, amici, clientes, ſed etiam quorū  
quor in Duces fuerant concitat, vel  
offenſione aliqua accepta, vel studio  
ipſo partium, ad ipsum profugiebant  
exurge clam noctu; ea res ingentem  
trepidationem Ducibus injecit, ne aut  
ab omnibus deſtituerentur, ſi res ad  
manus veniret, aut cunctando diuarius  
domi opprimerentur, incerti quoſnam  
caverent, aut fideles haberent in urbe  
ſibi omnium maximè ſucepta. Quapropter  
obſtſere Obelerio non auſi  
vim apertam paranti, jamque arma  
inferenti, turpiter excidunt patria,  
atque dignitate. Re pervulgata &  
compta conjurati appoperant, Me-  
tauaenique omnes effusi obviam  
Obelerio civi ſuo reduci gratulātur, &  
faulſis vocibus, & omnibus Principa-  
tum deſtinant, quam certè paulo poſt  
obtinuit in conuentu publico, insula-  
norum pariter omnium accedente  
consensu. Dux Obelerius declaratus ad  
firman-

firmandas opes pro magno negocio  
habuit exorare populum, ut adjutores,  
& collegas sibi habere licet Beatum  
& Valentiniū, fratres minores natū.  
Mox datis literis ad Fortunatū Pa-  
triarcham de re feliciter gessa certio-  
rem facit, ne pergeret Imperatoris ani-  
mum incendere amplius; Gallicis auxi-  
liis nihil opus fore, quamprimum iter  
maturaret, & sedem repeteret. Hinc  
planè intentus in eam curam cogita-  
tionemque, ut Principatum sibi ac suis  
stabiliret, quo dignitatis recuperandæ  
Ducibus extorribus aditum omnem  
præcluderet, atque spem præcideret,  
Heracleanæ urbi, ex qua illi traxerant  
originem, machinatus excidium, ad  
extremum atrulit, specie tuenda pacis  
& tranquillitatis, bellorumque civi-  
litum semina tollendi inter cives Hera-  
cleanos & Equilinos assidue vigen-  
tium, qui capitalibus oditiis inter se dis-  
sidebant, trahabantque alias civitates  
omnes in suas partes. In publico igitur  
conventu ea lex fuit perlata, qua fun-  
ditus eversum oppidum utrumque, &  
incolae univerſi migrarunt, quò cuique  
libitum. Res tranquilla furure vide-  
bantur, sublatis undique causis omni-  
bus turbarum, concorditer admini-  
strantibus fratribus rempublicam, et

Galla

Gallia reverfo pridem Fortunato, am-  
plissimis Privilegiis à Carolo impera-  
toris, quorum exemplum est videre apud  
Andream Dandulum. Sed unus ad-  
huc hærebat scrupulus, unus ille ti-  
mor, qui Obelerium, & fratres non  
benè habebat, ne pulsi Duces quan-  
doque restituerentur, idque in graci-  
am Imperatoris Cōstantinopolitani,  
qui sép̄ contenderet hanc rem satis  
vehementer, cum daceret alienissi-  
mum à sua dignitate, non minus sup-  
plicum, quam suam negligere causam:  
cum eos habuisset semper conjuncti-  
simos, acceptoque beneficio confide-  
ret magis fore obnoxios. Hac de re  
Obelerium sollicitum nuncinc recons  
percult; Constantinopoli classem in-  
strui, in Dalmatia mittendam ac Ve-  
netiæ oras, quam primum navigatio  
tuta crederetur. Quapropter rebus  
suis diffidens, & magnopere anxius  
cum Fortunato Patriarcha rem rotam  
confert, aliis quoque amicorum præ-  
cipuis in consilium adhibitis: id inter  
omnes convenit, nihil amplius cun-  
stantum, sed externa præsidia circò  
comparanda, quibus aduersus ingruen-  
tem vim se pre munirent. Itaque li-  
cet hyems immineret quam proxima,  
una in viam se dant Obelerius & Bea-

Z tus,

354 IN DONAT. IANNO.¶  
tus, adituri Carolum, minimo fratre  
Valentino domi relicto, propinquo-  
rum & amicorum præsidio peregregiè  
instructo. Tunc Imperator Carolus  
erat in Germania, ubi celeberrimum  
conventum agebat apud Theodunum,  
& commodum quidam Principes Dal-  
matarum adverterant, inter quos me-  
moratur præcipue Paulus & Donatus,  
ille Comes in urbe Iadera, hic autem  
Episcopus, imploratur auxilium ad-  
versus Nicceporum, à quo defecerant  
quibusdam provocati injuriis. Hos  
igitur nocti Duces, & cum iis congrega-  
ti, quia causa communis ipsorum agi  
videbatur, communicatis inter se con-  
silia Carolo demonstrant, quanti re-  
ferat exturbare Græcos navigatione,  
commerciisque Adriatici maris penitus  
excludere: quanto fuerit incommodo  
ea res haecne neglecta, quantoque  
ufui futura, si vindicaretur, universo  
Italico regno, & in primis Ravennæ.  
Quibus rationibus facile Carolus ad-  
ductus, perbenigne complectitur Dal-  
matas, & Venetos Duces, spondetque  
inito fœdere, se perpetuo futurum ad  
retinendam dignitatem ipsis adjuto-  
rem, quam etiam auctoritate sua nu-  
nit, atque sancit. Annales Francici su-  
præ memorati, id ut exprimerent ru-  
stico

N O T A E. 355  
stico illo atque barbaro sermone, tunc  
edidisse Carolum, tradiderunt, ordi-  
nationem de populi, atque Ducibus Ve-  
netie & Dalmacie. Sed Nauderus, &  
alii potea rem, ut sit, in majus tol-  
lentes longissimo temporis intervallo  
commenti sunt nescio quam forma-  
lam, quo jure quisque vivaret, unde  
arrepta fuit ansa postmodum à ma-  
lignis, & invidis quibusdam maledi-  
cendi, ac detrahendi libertati Venetæ  
reipublicæ. Sed fugit illos ratio & a-  
nimadversio, non fuisse primò con-  
stantia & justitia Caroli, quos triennio  
ante sui juris esse declarasset, quemad-  
modum vel à primis temporibus fuisse  
cognoverat, eisdem citra ullam noxiam  
libertatem eripere, cum nulla esset in-  
juria unquam laceritus. Deinde mi-  
nimè situm in arbitrio Ducum illa-  
rum, quas ipsi juberent leges reipubl.  
imponere, nedum ab aliis iussis per  
fraudem obrudere. Quod si aliquid  
publicæ libertati contrarium pepigil-  
fent, quod nec ostendunt, nec à fanis  
hominibus credi potest; adhuc tamen  
non quid pepigerint Duces, non quid  
jusserit Carolus; sed quid res publica  
sciverit, est examinandum. Inconsul-  
tis Tribunis, & in iussu populi factum,  
si quid modo factum fuerit, ex eo

356 IN DONAT. IANNOT.  
facile cognoscitur, & aperte constat,  
quod causa nihil erat Venetis è tem-  
pore, cur à priori scedere discedendum  
putarent, quo pariter juncti erant cum  
utroque imperio, ut Gallis sese adjun-  
gerent, immò verò, ut iti ridiculè  
scribunt, subiicerent. Sed illud pro-  
palam testatur, & proorsus evinat, in  
amicitia Græcorum Venetos mansisse,  
quod cum clâsse Byzantio profectus  
Nicetas Patriitus, ad comprimendos  
Dalmatas, & Iadrenses præcipue, qui  
auctoribus iis, quos diximus, rebus  
novis studebant, non modò reipubl.  
opibus cunctis fuit adjutus : sed in-  
signi quoque gratulations Mètamœci  
exceptus, que appulsus fuerat post res  
Dalmatiæ compositas : ibi concilio  
coacto ex omnibus insulis, quid in  
mandatis haberet, aperit, & cum Ve-  
netis agit, ut pulsi Mauritii Duces, si  
non pristine dignitati, saltem foris, &  
penatibus suis restituuerentur : sed ho-  
ruines cùm præceptorum scelerum &  
crudelitatis, tûm libertatis memores,  
quam rebus omnibus præferrent,  
neque Prefecti, qui aderat, studio &  
contentione, neque auctoritate Nicé-  
phori potuerunt asduci, ut permit-  
teretur exilibus redditus in patriam.  
Prudenter itaque Nicetas, cum nihil  
prof-

N O T A E. 357  
proficeret, ne cives alienaret, id confi-  
lium abiecit, & alterum suscepit, quod  
in rem magis esset, quibuscumque  
posset officiis demerendi Obelerium;  
Protospatiarum enim eum renun-  
ciavit, qui titulus eo tempore non vul-  
garis erat, & non solum ejus propin-  
quos & familiares, sed etiam ex opti-  
matibus præstantissimum quemque,  
vel muneribus, vel pollicitis sibi ob-  
stringere curavit, Fortunato Patriar-  
chæ itidem multa præstalarus, nisi ille  
sub classis adventum rebus suis timens  
ad Carolum se recipere statuisset. Pa-  
catris Dalmatiæ rebus, ne quid move-  
retur, quod ipsius reditum Constanti-  
nopolini morari amplius posset, bien-  
nales inducias cum Gallis constituit  
Nicetas, deditque operam, ut secum  
mitterentur per speciem legationis ad  
Imperatorē Patriitii quidam Galliœ no-  
mini nō nihil addicti, inter quos emine-  
bat Obelerii frater Beatus. Nicephorus  
legatos omnes perbenignè complexus  
tantum absuit, ut caulan exulun-  
tueri pergeret, ut pro negotio habue-  
rit, quod Nicetas acceperat conciliare  
sibi, si qui forent adversarum par-  
tium. Quapropter ad ea munera, nec  
non ornamenti, quibus affect & auxit  
singulos legatos, Beatum Duzem.

358 IN DONAT. IANNOT.  
priusquam Venetias rediret, solemnis  
ceremonia Hypatum creavit. Erat ea  
dignitas multo amplior quam Protopro-  
spacharii; unde diffidit gravissima inter  
fratres orta, cum alter alteri concedere  
nullo pacto velleret. Obelerius prae-  
rogativam exstat, ac dignitatis, commu-  
nicative honoris cum fratribus sum-  
imum beneficium, & magnificè prædi-  
care, & palam exprobrare. Contra  
Beatus efferre Imperatoris judicium,  
quo fratri non modò aquatus, sed pre-  
latus fuisset, ob indolenz, atque præ-  
stantiam animi majorem. Animus  
utriusque acris incendebant, & ami-  
corum diversa studia, & rumores vul-  
gi. Pauci Obelerio studebant homini  
iracundo, moribus difficultimis, ac præ-  
facto ingenio: Bearus erat in oculis  
& delitii omnium, propter ingenii  
suavitatem, summatam elegantiam:  
hinc planè repugnantes sensus, atque  
voluntates. Hic amplecti, & curare  
sedulè, quæ jucunda civibus; ille in-  
grata, & invita ob invidiam fratris; ille  
propensior in Grecos, hic autem in  
Francos, & accedebant causa ex affini-  
tate; nam duxerat ex Gallia nobilem  
uxorem, cuius illecebra apud homi-  
nem valebant, adjiciebantque eo si-  
mulos actiores, quò sibi visus impa-  
tior

N O T A E. 359  
tior à præsidii domesticis, existimabat  
externa ambiri oportere. Graecorum  
kopias reputabat pro Beato stare; nul-  
lum sibi aliud perfugium præter Fran-  
cos relinqui, ni amissâ existimatione  
dignitateq; omni veller civibus depi-  
catui ac ludibrio esse, vel cum certa  
pernicie reipublicæ admittendum sibi,  
quo retineret principem locum, & de-  
jiceret fratrem, ut adversus audaciam  
& perfidiam inimicorum Gallorum  
præsidio se tegerer, arque communi-  
ret. In ea cogitatione Obelerius defixus  
per emissarios quosdam suos cum in  
eo jam foret, ut cum Pipino Rege pa-  
ciceretur (huic enim res Italiz jam  
commisla fuerant) elapsis inducis iis,  
quas Nicetas fecerat, Paulus Dux Ce-  
phallenie appulit cum clasæ, qua Gra-  
ce ditionis oppida tueretur. Cum verò  
nullæ Gallice naves in alium existent,  
ne frustra suscepta expeditio ab eo vi-  
deretur, ex iis locis, quæ tenebantur  
Gallicis præsidii, aggredi, & oppugna-  
re aliquem constituit. Visum est op-  
portunius ordiri à Comaclo, quod si-  
tum est in flagnis ad Padi ofgia, pica-  
tu fructuosissimum, & è salinarum,  
quæ frequentes etiam tunc inerant,  
amplis vegetalibus. Igitur Venetorum  
auxilia è propinquuo accersit, quæ de-  
Z 4 beban-

360 IN DONAT. IANNOT.  
bebantur Graecis ex antiquo fædere.  
Ea verò ne mitterentur, impeditre non  
potuit, quamvis maximè cuperet Obe-  
lerius. Quod autem proximum erat,  
ne cui forens usui, cum Beato etiam  
ipse proficii voluit, & diu ludificatus  
Graecos varia cunctatione, cum specta-  
tor certaminis verius, quād adiutor  
esset, ut irrita cederet oppugnatio, ma-  
gna causa fuit. Nam veteranus miles,  
qui erat in Comaclo, ex Ravennæ sta-  
tione subfido misitus, à muro sepe de-  
pulit Graecos maxima cum cæde, ut  
tandem potiundi oppidi nulla spe re-  
lîta. Præfectus classis incepto illo ab-  
stiterit, mcerens quod ignominiam, &  
dedecus turpiter subfisset, pro laude &  
gloria, quam inconsueto nimis quæsu-  
erat. Eam labem ut abstergeret, fama-  
que consuleret, existimavit operæpre-  
tium ellē derivare in Venetos crimen  
rei male à se gesta: & forte quod Obe-  
lerius vitio suo fecerat, id publico de-  
creto factum opinabatur. Ergo ratus  
Imperatori suo ægrè non futurum, si  
rebus ejus in tuto constituis, cum Pi-  
pino transigeret, firmaretque pacem,  
desertis ac destitutis iis, à quibus ipse  
destitutum se conquereretur, consti-  
tuir, ut æquiore Pipino adhuc utere-  
tur, Obelexum simul & Beatum com-  
prehend-

N O T A E. 361  
prehendere. At percussi atrocitate rei,  
quam reliverant Duces, neque enim  
tanta res latere diu potuit, in auto-  
rem infidias erant convefti, ac ni  
vererentur Nicéphorūm, male mul-  
ctaturi. Sed ille, ubi videt fraudem esse  
patefactam, ne qua vis inferretur sibi,  
properè discessit, atque ita pacis nego-  
tium infectum reliquit. Obelexus, qui  
conatibus Pauli propterea obftituerit,  
quod se communī periculo cerneret  
implicitum, quodque sui non alterius  
vellet esse munera, quād molisiretur  
fraudem summanque perfidiam, ne,  
quod instituerat, corrumperet, matu-  
rare statuit; nec satis habuit tantum  
ipse ad hostes transfugere, sed autoriti-  
tate sua quoque Valentiniūm impulit,  
quem habebat obsequientissimum ut  
minimum natu, in societatem sceleris,  
& furoris sui; quin etiam classis eam  
partem, cui præfetus erat, inimicis  
prodidit, ad quorum vim propulsan-  
dam respubl. eum miserat. Hoc faci-  
nus honestarunt Franci deditiois no-  
mine, cum tamē esset proditio, atque  
perduellum. Ut fratrem modò depel-  
leret à gubernaculis, nihil veritus infa-  
mis ille ac nefarius proditor, & rapinis,  
& credibus hostium objecere patriam.  
Pipinus, eductis copiis, quas in prom-

ptu habebat, ne qua mora interposita Veneti colligerent animos, quos tu nuncio credebat abjectos jaceret, oblat a naviter utebatur opportunitate, & ad maiorem terrorem incutendum, quacumq; duceret agmen in oris maritimis, omnia complebat rapinis, cadi bus, incendiis. Excepturi qui erant primum Regis impetum, trepidantes in fugam se conjicere, idem exemplum proximi oppidan i fecuti, peirates imminentibus Franci vacuos relinquere. Maxima omnium atatum, ordinum que fuga ad Metamaucum fiebat ex omnibus insulis, quippe ubi Tribuni essent cum Beato Duce de reipublica summa consultantes. Invaserat ple-  
rolq; tanta trepidatio, ut planè desperarent de ipsâ libertate: sed omnium animos erexit, atque confirmavit oratio vehemens, & acris fortissimi Duci, deferrores & transfugas fratres multum execrantis, obligantisque reipublica fidem, nec non caput suum. Excepere ipsum perorantes nonnulli optimates, quibus nihil erat antiquius, quam reipublica salus. Ab his animos ac prudenter sententia sunt dictæ, & à concione frequentissima statim comprobatae. Principiò Duces, qui ad Fran-  
cos turpiter defecerant, hostes com-  
muni

N O T A E. 363  
muni decreto patrīx judicati, dignitate ornamentiisque omnibus non modò spoliati, sed etiam pena supplicii capitalis adjecta, si quando capti venirent in potestatem, quod quidem contigit utrique, sed diverso tempore. Hinc ad rationem belli propulsandi conversi, cum ipsi Metamauco jam-jam immineret, non expectandos ibi hostes differebant, sed insulis conti-  
nenti proximis reliquis, quæ hostilibus incursonibus facile paterent, cum li-  
beris, & conjugibus, & fortunis omni-  
bus in Rium alium continuè trans-  
mitendum, circumiacentibus stagnis undique munirunt, quo penetrare infestæ classæ nulla possent. Inter Tri-  
bunos Rivi alti multum eminebat &  
opibus, & splendore generis, & austro-  
ritate, Patricieca è familia, sive Patri-  
ciaca, traditur enim hoc nomen ab illo deducatum, ingentis animi vir, nomine Angelus: is vicem suam sollicitus, &  
nonnihil veritus, ne quid decederet forte auëtoritati sua, si Dux ibi consi-  
steteret, cui summa potefas, cum repu-  
gnasset aliquandiu huic deliberationi, ad ultimum est assensus, sed ea condi-  
tione, ut Dux in Olivolo sedem collo-  
caret, Tribuno jus & fas esset, locum suum tueri. Commodum Veneti traje-  
cerant

cerant in Rivum altum, cum Pipinus infeito exercitu Metamauum venit, desertumque cunctis ab incolis oppidum ingressus, quæ parta jam victoria solent à viatoribus, ea publice lœtitia signa cuncta edidit: forsitanque ad patrem ipsum literas dedit, quasi jam bello confecto, atque profligato. Nam præter insulas & oppida, quæ invaserat, ipsam etiam Venetorum occupaverat regiam, & bini Duces ad ipsum cum clavis transiuerant. Vna duntaxatus Metamauci permanferat, à penitibus divelli non posse: virilis animi supra sexum & atatem mulier. Hæc ad Regem perducta cunctis audientibus de fuga Ducis, de metu, ac perturbatione, in qua verarentur omnes, desperatis rebus, quæ gratissima forent auribus, omnia retulit. Ut homines oratione sua sensi inflammari, suorum formidinem, qui patriam deseruerant, execrari simulans, Gallos, urgerent instarantque, palam hortabatur, ne ad animos colligendos, dato spatio temporis, occasio præfens è manibus amitteretur. Raptim conjunctis ratibus scilicet foris, secundo astu per vadere modica illa flagia, quæ nullia passuum quirque summum propè aberant, & conseruatos universos, vel momento

oppi-

opprimere. Quinos habere se fratres in propinquuo ad Pupiliam, qui ratum fabricandarum essent omnes periti: si copiam Rex faciat eos conveniendi, haud gravare venturos ad prestantam operam, modo certa merces, quam peterent; eis perfolveretur: Audita est maximo astendo omnium muliercula, & animos Franci addebat res prosperè gesta, non ausis Venetis uspiam ad certamen occurrere, & longioris moræ cuncti impatiens, bello quæ maximum finem avebant imponeret. Quapropter collaudaram aniculam, ingentibus pollicitationibus onerata m' est vestigio dimicunt: Illa, quid hostibus persuasiſſet, coram fratres monet: nec opus, aut precibus, aut rationibus agere, conveniunt illicet inter se volentes quid agant. Profecti ad Regem, & ab ipso benignè appellati ad rates contexendas naviter incumbunt; subiecti dolis funibus conjuncta, ut impotiti milites armati ab aquis extarent. Compages autem ratum ita struxa erat, ut funibus praecisis, qua liberet, nando confestimi disjungerentur & trabes, & dolia, neque ulli possent infistere, ac vestigium ponere. Hi antequam se conferrent ad Regem, Beatum Ducem certiore fecerant, quid-

nam

366 IN DONAT. IANNO T.  
nam molirentur, quò alacrius & con-  
fidentius obviam hostibus prediret.  
Iam pervenerant ad Euripum altiore  
rates, cui temporibus illis nomen erat  
Arcus; tum verò primum nomen Or-  
phani est adeptus ab insigni Franco-  
rum strage, quæ ibi contigit, ut vulgus  
solet more suo nomina frequenter im-  
ponere. Principiò utrinque satis for-  
titer pugnabatur, immò verò Galli ala-  
cri animo triumphum cecinerant ante  
victoriam. Vbi verò leviora navigia  
Francos eludere cœperunt, quæ facile  
ad gubernatoris nutum circumage-  
bantur; rates autem pars æstuum mariis  
sequi cogebantur, pars in vada temere  
impacte se expedire non poterant; cer-  
tamini & ratibus molientis cunctis  
occupatis, quinque illi fabri tempore  
usi in mare desiliunt, & gladiis, quos  
ad eam rem paratos gerebant, alii alia  
ex parte secare funes aggrediuntur.  
Fecundum spectaculum, disjectis trabi-  
bus, & dolili passim fluctuantibus,  
cum nullum haberent hostes consi-  
stendi locum, præcipites omnes in ma-  
re devolvebantur, & armis pergra-  
vantibus verticibus hausti, (nam vio-  
lentissimi æstus ibi semper cōcitantur)  
nullis open ferentibus confessim peri-  
bant: si qui verò impliciti limo hæc  
bant

N O T A E. 367  
bant in vadis, obruebantur undique te-  
lis incidentibus: ita incruenta victoria  
potiti sunt Veneri, unius aniculæ, &  
paucorum hominum solertia, quorum  
nomina ut intercidere temporum in-  
juria, ita cōstanti fama ex Bognola fa-  
milia extitit memorantur, digni cer-  
tè, quorum memoria semper celebre-  
tur. Cæterum virtuti hominum illud  
est tributum, ut non modò ipsi fra-  
tres, eorumque domus, sed universi  
Metamaucenses, & Pupillenses immu-  
nes essent vestigalium, & munera  
omnium: neū militare quisquam co-  
geretur unquam, nisi Dux ipse in mi-  
litiam proficeretur. Post eversam Pu-  
piliam Genuensi bello incolæ omnes  
Venetas transmigrarunt, eorumque  
maxima pars ad D. Agnetis, ubi colle-  
gium est adhuc frequentissimum, se-  
dē & domicilium collocavit. Diploma  
immunitatis hujus admodum insigne,  
paucis ante annis apud illos conspi-  
ciebatur bullæ, quam modò vocant,  
plumbæ communum, in qua Dei-  
paræ virginis effigies impressæ, & Beati  
Ducis nomen inscriptum erat: non-  
dum enim D. Marcus Euangelista pa-  
tronus fuerat à Venetis adoptatus,  
quod ejus corpore Alexandriâ Vene-  
tas translato post aliquot annos con-  
tigisse

368 IN DONAT. IANNOT.  
tigisse novimus. Per incuriam & ne-  
gligentiam eorum, qui collegio illi præ-  
erant, præclarum hoc monumentum  
desideratur; siquidem Euronoto quon-  
dam per autumnium flante, cum maris  
aestus intumescens exundasset amplissi-  
mè, plana que adhuciorum cuncta su-  
peraserit, ut alia multa caperet, sic et-  
iam scripta, qua lignea continebat ar-  
ca, undis sunt corrupta, vel ita, ut legi  
non possent, oblitterata. Superest ad-  
huc tamen quedam syngrapha, qua  
doctri, diploma illud examinatum  
fuisse, & corroboratum: Duceamusque  
Raynerium Zenum, & Consiliarios  
ejus subscriptissimè. Sed Metamauceni  
majori diligentia sunt usi, qui majo-  
rum virtutis testimonium, posterisque  
inde omnibus parte immunitatis, reci-  
nuerunt ad hæc usque tempora salvum  
& incolume, ut cuiilibet, facile apud  
eos, videre est. At Pipinum nec op-  
inata clade affectum ea res habebat  
solllicitum, & vehementer angebat,  
quod antea debellatum esse vulgaverat:  
si modo abiaret irrito conatus se-  
cum reputabat, existimationis ja-  
ram se maximam facturum: forte op-  
inione clementie leniter agendo, quod  
nulla vis expressisset, obtineri posse. E  
Venetiis igitur captivis, quos non paucos  
habe-

N O T A E. 369  
habebat, nobilitate quo'dam præstan-  
tissimos deligit, promissisq; onerat in-  
gentibus, & spem certam facit, si cum  
repub. pax & fedus cōveniat quenad-  
modum sine pretio illos dimisissent libe-  
ros, ita etiam cæteros omnes gratis di-  
misissū. Per eos in hanc sententiam ad  
Tribunos scribit, quorū affines, & pro-  
pinqui multi captivi tenebantur: Non  
ē de causâ bellum præfens ab illo su-  
ceptum, ut Venetis libertatem eripe-  
ret, aut quid immunitum vellet; in eo  
graviter ab ipsis peccatum esse, quod  
actiori fœdere ita Græcis se adjunxe-  
rint, & Francos despicerint, cum ta-  
men ex formula primi fœderis gerere  
se medios, & neutrī adversari debe-  
rent, sed ex æquo adfle. Hanc inju-  
riam, & contemptum ultimū se ve-  
nisse, & pro copiis & opibus, quibus sit  
instrutus, accepturn recens detrimen-  
tum propè nullum esse: si aditus o-  
mnes undique obfidere perget, com-  
meatibus interclusis eō deductum iri,  
ut brevi conficiantur penuria, & in-  
edia: sed male servare incolumes, quām  
perdere funditus, existimantem studiis  
inconsultis partium, quæcumque ac-  
cidisse haec tenus, imputanda esse, at  
universæ reipublicæ condonanda. Pro-  
spicerent igitur maturè, idque consti-  
tuenter,

A a t u e r e n t ,

370 IN DONAT. IANNOT.  
tuerent, utrum facilitatis & clementiae  
illius, an acerbitatis & odii facerent  
periculum. Ad amicitiam & fœdus  
confirmandum in posterum alteru-  
ram optionem à se illis deferri; vel  
sententia rescripta Obelerius cum fratre  
penatibus & dignitati sua restitueren-  
tur; vel Beatus etiam se abdicaret, ac  
è patria discederet. Anceps deliberatio  
tenebat Patres, qui & perpesturi erant  
extrema prius omnia, quām perduel-  
libus Duciibus redditum concederent,  
& consilium volebant Duci bene adeo  
merito. Cum verò plerique omnes in-  
clinarent ad pacem, qua à præpotenti  
hoste non magis data, quam accepera,  
decora satis ac tutu esse videbatur:  
Beatus, in quem sancti oculos conver-  
terant, ut declinaret invidiam, patria-  
que consuleret; non committam, in-  
quit, ut mea unius causa periclitetur  
ipsi respublica, vestraq; omnium salus.  
Si cum Rege non aliter pax constare  
potest, quam amoto me à rerum ad-  
ministracione, volens, & libens me  
ablico, & in exilium pergo. Assur-  
reverunt omnes peroranti Duci, gra-  
tissime actis, & laudibus plurimis con-  
gessis, conservatae reipublicæ decus hac  
insigni pietate prædicabant ab illo cu-  
mulatum esse; felix exilium futurum,

quo

N O T A E. 371  
quo non amissa, sed planè servata pa-  
tria foret. Diversa fama exinde tenuit  
de Beato: alii negant in patriam re-  
vertisse amplius, sed in exilio paulo  
post diem suum obiisse: alii profectum  
memorant cum Legatis ad Regem, qui  
fancienda pacis gratia mittebantur,  
quaque morum suavitate plurimum  
pollebat, ex inimico amicissimum sibi  
reddidisse, ut incolumi dignitate sit  
in patriam reversus: sed auctores hujus  
sententia inter se etiam variant. Nam  
scribunt aliqui, paulò post suum redi-  
tum magno desiderio relisto è vita  
migrasse: aliqui tradunt, ex eo con-  
flatam invidiam, quod Rex illum ad-  
miratio virtutis liberaliter non mo-  
dò habuisset, sed munericibus etiam af-  
fectum dimisisset, quibus rebus injecta  
suspicio, nec inanis fuerit, ne fratri re-  
conciliaretur, & cum Franco sentiret,  
cui recentibus officiis obligatus, & ob-  
noxius esset: ea re collectam apud ci-  
vies gratiam amississe, & relegatum la-  
deram, admittentibus iis, qui ex homi-  
nis ruina sperabant fore, ut ipsi cre-  
serent. Quoquomodo se res habuerit,  
illud certo constat, principatu abiisse  
Beatum, vel exilio, vel morte, haud  
multo post initam à republ. cum Pi-  
pino pacem, cuius in locum suffectus.

A a 2 . fuit

372 IN DONAT. IANNOT.  
fuit omnium civium assensu Angelus  
ille Participatus , quem superius dixi,  
qui paribus Græcorum enixe , si quis  
alias , favebat , eidemque Tribuni bini  
assidere iussi , qui publicis negotiis cum  
eo darent operari , singulis annis de-  
ligendi ex arbitrio populi . Hi polca  
Consiliariorum nomen sunt adepti ,  
qui primò bini , deinde quaterni sunt  
creati , postremò seni , quo numero  
sunt regiones urbis , quem morem  
perstare cernimus ad hæc usque tem-  
pora . Obelerius , quod proditionibus  
cunctis usu venit , ubi conatus eorum  
nequaquam succedunt , contemptus à  
Pipino , & Francis invitus & que ac Græ-  
cis , Nicephoro flagitanti datus fuit ad  
poenam , quo in acie à Bulgaris caso  
evasit ad tempus : sed post exilium an-  
norum amplius quam viginti , occu-  
pata Vega insula in Fanatico sinu , &  
Metamauencis deficientibus ad illum  
oppido poritus , postea mutata for-  
na , vicitus , atque in prelio captus ,  
supplicio capitali tandem est affectus .  
De Valentino tertio fratre nihil tra-  
ditur : quia tamen Annales vereres  
dilecti testantur , in agro Patavino ad  
vicum , cui Strata est nomen , quen-  
dam Venetum Ducem maestatum fuisse ,  
tædeque à populo tractum , & dilana-  
tum,

573

NOTAE.  
rum , quod ajunt contigilli in Pipini  
dicesu , concadere non potuerit id in  
alios duos fratres , non levi conjectura  
adducor , ut credam in Valentiniū  
editum id sevitas exemplum . Hunc  
finem habuerunt intestina dissidia ,  
quibus turpiter inter se confliciti fra-  
tres perdidérunt se ipsoſ , & propè rem-  
publicam . Sed res ferè prostratas cum  
divina benignitas , cuius præsidio li-  
bertas tunc maximè iterit , tunc vero  
erexit virtus & constantia civium , qui  
vitam fortunisque omnes in discrimen  
adducere , quam subire servitium ul-  
lum maluerunt ; quaque animi fortitudo  
Nicephoro primū , ne Mauri-  
tios recipere Ducec cogerentur , eadem  
obstiterunt iterum Pipino , Obelerium  
per vim reducere molienti : quinim-  
mò transfugam Ducem , quikuis ille  
fuit , in ejus oculis aut sunt maestatum  
discerpere , & in Beati locum cum Du-  
cem diligere , qui Francis semper ad-  
verfatus quam maxime fuerat . Ergo  
qui scripferunt à Pipino subactas Ve-  
netias , si qui sunt , qui scripferint , aut  
fecuti sunt rumores dissipatos temere ,  
aut nominis ambiguitate in errorem  
inducti , quod nomen omnibus insulis  
tunc erat commune , quorquot palu-  
dibus & stagnis iis continebantur .

Thomas Fugarus vir nobilis Avenio-nensis, qui res Venetas commendavit posteritati Francico sermone, quamvis ad tempestatem referat eam cladem, quam Pipinus accepit eo modo, quo scripsimus : nihilominus ingenuè, a-pertèque testatum reliquit, & Venetos libertatem propugnans fortiter, & propugnatam retinuisse integrum per-petuum ; quod si prædictum Annalium scriptorem excepis, & Auttores eos, qui eadem verba excrisperunt ; tot fæculorū consensus approbat. Con-stantinus tantum Porphyrogenitus Imperator, qui de administrando im-perio scripsit ad Romanum filium, in huic belli historia cap. xxviii. ab omnibus aliis dissentit, & quidem in pluribus. Nam primò tradit, Pipinum bellum inferentem, quæ trajectus pro-ximus erat in Venetas insulas, in con-tinenti tantummodo castra posuisse; deinde cum in eo esset, ut Damacum, sive potius Madaicum navigaret, sic enim Metamaicum superius vocavit, à Venetis illum trajectum sic obstru-ctum fuisse, ut frustra in continenti sex menses contriverit : postremò des-perata ~~re~~ litteras mississ, quibus invi-taret ad pacem, & ad feedus: Vene-tosque ipsos facile assensisse, ut se à belli

N O T A E. 375  
belli molestiis libarent, immò tri-buti nomine plurima pollicitos, quo-rum pars quædam exigua suis adhuc temporibus persolví soleret. Verun-tamen si vera sunt, qua scribit hic Auctor, necessariò fateri hoc etiam oportet, Venetos pariter & Francos Annales omnes falsos esse. Nam ille ad insulas & stagna nunquam pene-trasse, sed in continente perpetuò vult hæsisse Pipinum. Hi verò non modò testantur pervaſisse, sed cepisse & de-vaſtasse insulas non paucas, in primis autem Metamaicum, tunc imperii sedem. Dum verò de fine belli des-pe-rasse regem, ideoque per nuncios & literas transfigiſſe prodit, luculententer indicat, penes quos extiterit victoria. Quæ verò de pactione tributorum com-memorat, ea tam̄ vera sunt, quâna quæ superiori capite ab eodem sunt dicta, Pipinum habuisse tres fratres eo temporiſ, qui Francie omni impera-rent, & Sclavonia: quæque cap. 27. de Narsete habet, temporibus impera-tricis Irenes, & Papa Zacharie, Nar-setem summo cum imperio in Italianiā missum: præter alia innumera, quæ potius ad fabulam accedunt, quâm ad ullam historiam, ut parum sapiat, qui habendam iis fidem putet. Non est

376 IN DONAT. IANNOT.  
autem hujus loci recensere singula,  
quæ cuivis legenti passim erunt obvia.  
Quod spectat ad tributa persolvenda  
regibus Italiz, quos Imperatorum no-  
mine Byzantini non dignabantur, u-  
trumq; falso est ab illo memorie pro-  
ditum, & nomine tributi fuisse quo-  
quam persolutum, & hujus rei prin-  
cipium à Pipino factum. Apud eos,  
qui gesta scriperunt temporum illo-  
rum, extant adhuc exempla quædam  
immunitatum, quæ Imperatores, seu  
Reges Italiae concesserunt Venetis. Ut  
enim liceret illis mercatura causa, in  
quæ vellente emporia & loca, profici-  
sci, tutòque commorari ubilibet intra  
fines Imperii, & pro libito abire, tu-  
tòque auferre omnia: & ne teneren-  
tur, nisi certa quædam vestigalia per-  
solvere; neve juri dicundo inter Ve-  
netos cives in ditione Imperii com-  
morantes præficeretur aliquis, prater  
judices à republica missos: hæc, & id  
genus alia privilegia quamplurima,  
sicut à præfici Imperatoribus obtinue-  
rant, sic etiam, ut obtinerentur ab iis,  
dabant operam, qui administrationem  
Imperi succedentes capesserent. Ho-  
rum causa privilegiorum, & immuni-  
tatum expediebat reipublicæ pacifici,  
ut potius publico nomine, quam  
priva-

N O T A E. 377  
privato persolverentur quædam iis,  
quos dixi, principibus; quæ si quis  
appellat tributa, per me sanctè appelleat,  
dummodo constet, nomen tantum,  
sed rem nullam esse; aut certè poten-  
tissimi principes, maximique reges,  
qui fructus alcujuſ & commodi causâ,  
his aut illis, quotannis non pauca per-  
solvunt, habeantur vestigiaſ eorum  
aque tributarii. Sed his de rebus sat is,  
immò nimis multa.

N O T A E. 378  
Verifimile est admo-  
dum, &c.] Ex antiquissimis fastis, quo-  
rum exemplum apud Molinum, ut  
diximus, reperitur, duo maximū pen-  
deris atque momenti facilimè cognoscuntur: alterum, quod scribit hic  
Iannotus, omnes, qui prædicti nobilitate  
& virtute ad reipublicæ administra-  
tionem accesserant, majoribus co-  
mititis comprehensos, quām paucissi-  
mis exclusi, qui tamen idem jus non  
multo post obtinuerunt: alterum ve-  
rò, cunctas ferè patriciorum familias,  
contra quām vulgo creditur, & in  
quibusdam ementitis earum origini-  
bus legitur, non modò antiquissimas  
esse, sed rem ipsam publicam jam à  
primis temporibus attigit: quod in  
nostris Venetorum elogiis satis super-  
que, Deo juvante, demonstrabimus.

A a 5 Nox. XIV.

N<sup>o</sup> r. XI V. *Puto equidem, quod ex annalium nostrorum, &c.]* Majora comitia multo sunt antiquiora, quam Iannotius hic tradit, & quicunque dixerit, primis ab urbe condita temporibus instituta, haud longè à veritate aberraverit. Non tamen ea ratione, quomodo sit, sed pro temporum conditione variè convocatur majus hoc, prout modò vocant, concilium. Cogebatur primis temporibus ex variis insulis, ut Tribunos, iudices, & Duceū eligeret, resque summas, in quibus reipublica salus ageretur, decerneret; qui verò convenienter in unum, quovè modo electiones fierent, aut sententias dicerentur, in tanta antiquissimi temporis caligine ex tenebris erui non posse, illud certè in promptu est, ante annum à Christo nato 990, in cunctis annalibus, & *convocationis concilii, & iudicium, & Ducis cum suo concilio, & Nobilium virorum, & Primiorum, seu majorum Veneticorum frequenter mentionem fieri.* Post annum verò 990, electiones multas videntur non modò iudicum, Legatorum ad Principes, & Consiliariorum, verùm etiam Pratorum in civitatibus Dalmatice. At Sebastiano Ziano, & Aureo Mastropetro Ducibus, non solum multi Magistra-

N O T A E. 379  
tus numerantur, sed etiam Procuratores, & Sapientes, & Iudices fasci, & Advocatores communis, immò vero majoris & minoris concilii disertè fit mentio, prout in antiquissima scriptura; cuius verba si referrentur, opera nos premium facturi existimavimus.

*In nomine Domini nostri Iesu Christi,*  
anno Domini 1187, mensis Iunii Ind.  
v, Rivalti. Nos quidam Petrus Justi-  
nianus, & Dominicus Alemo ambo  
Procuratores operi Beati Marci per pra-  
ceptum Domini nostri Aurei Maistro-  
petri, & Collaudatione Iudicium, &  
majoris ac minoris concilii, & Advocato-  
rum nostri communis, & populi Venetia-  
rum promittentes promittimus cum no-  
stris successoribus ejusdem operis Beati  
Marci vobis Dominico Venerio, &c. &  
vestris heredibus, & successoribus, qui  
cum superscriptis vestris navibus in pre-  
sentiarum cum solo Venetia ad obficio-  
nem Iadre ire, vel mittere debet, si in  
via eundo in ipso itinere dehinc ad Ia-  
drum, vel inde huc redeundo aliquod  
damnum vobis advenierit de aliquo Co-  
redo vestrarum superscriptarum na-  
vium, de quo supra salientes navim sa-  
liti sint restituere, & reddere pro ha-  
bere illorum. Nos de toto illo damno vo-  
bis restituere, & dare debemus veras

380 IN DONAT. IANNOT.  
tres partes pro communia Venetia de bo-  
nū, & habere Sancti Marci. Prater-  
ea, &c.

Ego Aureo Maſtropetro, Dei gratia,  
Dux manu mea ſcripsi.

Ego Petrus Iustinianus, Procurator  
operu Sancti Marci m. m. f.

Ego Ioannes Michael, Iudex. m.m.f.

Ego Petrus Baduarius, Iudex com-  
muni m. m. f.

Ego Aldigeius Baduarius, Conſilia-  
tor m. m. f.

Ego Ioannes Giſſalo m. m. f.

Ego Ioannes Vilioni m. m. f.

Ego Julianus Damiani, Diaconus,

& Notarius compleui, & roboravi.

Ego Andreas Presbyter S. Cauciani,  
& Notarius, ſicut vidi in matre, teſſi-  
ſum in filia.

Ego Petrus Michael, ut vidi in ma-  
tre, teſſum in filia.

Quodnam verò minus concilium ap-  
pellaretur, haud facile dixerim: non  
certè, prout nonnulli credunt, xl.  
virale: etenim ſepiuſ in antiquis legi-  
bus ſcriptum legimus, Nos Dux Ve-  
netiarum, &c. cum nobis Iudicibus, ac  
ſipientibus concilii minoris, & majoris,  
& xl, & collaudatione populi Veneta-  
rum, quo fit, ut minus concilium aliud  
omniō fuerit à xl virale. Crediderim  
potius

N O T A E. 381  
potius ad ſēnos confiliarios Ducis ad-  
iunctos referri, ſed hoc eriam difficultate  
non caret, cum haud ſemel ſu-  
pientes minoris concilii vocatos repe-  
riam. Ex his appetat, majora Comi-  
tia ante Sebaſtianum Ducem iſtituita:  
poſt eum verò ad eorum, quæ modò  
videmus, ſimilitudinē quandam pro-  
pius acceſſiſt, quod forſan Iannotius  
ipſe voluit. Faſtos verò injuria tem-  
porum non habemus ante annum 1261.  
Ex his apertissimè conſtat, longè alia  
ratione maius concilium conſtitutum  
fuifſe, quām modo fit: Veruntamen  
aditum quandam dediſſe, & aperuiſſe  
viam ad hanc ipsam, quam videmus  
perpolitam, & numeris omnibus ablo-  
lutam rationem Comitiorum.

Not. XV. IANN. Itaque Dux mo-  
derabatur universam Rempublicam.

C O N T. De republ. lib. secundo.

Bodinius, & alii quidam recentiores  
non fatis bene in rem publicam Vene-  
tam animari, ex iis, quæ Iannorius hoc  
loco ſcribit, occaſione ſumpta falſiſ-  
ſimam & absurdifimam rem litteris  
mandarunt: penes eos Duces, qui pre-  
ceſſerunt rete Sebaſtianum Zianum,  
planè fuifſe regiam poreſtatem: cum  
tamen iſiusmodi nihil Iannotio exci-  
derit, quippe qui nullibi tribuat jus  
Duci-

382 IN DONAT. IANNOT.  
Ducibus regium veruntamen multo  
majorem auctoritatem, quam quæ in  
præsenti, ita ut ad regiam admini-  
strationem quamproximè videretur  
accedere. Quo in genere mirum alicui  
videri non debet, si non nihil est falsus  
homo peregrinus, cui satis non fuerit  
sive otii, sive facultatis ad res externas  
pervestigandas parum sibi noras. Hic  
quidem acri vituperatione digni, qui  
temerè & impudenter Auctoribus af-  
singunt, passimque obtrudunt pro fin-  
ceris ea, quæ nunquam illi somnia-  
runt. Quemadmodum Bodinus penè  
transluit in planè, quodque Iannotius  
ait, olim Duces in republica fuissè penè  
ut summos Principes; hoc ille inter-  
pretatus est ex ingenio suo, in Ducibus  
fuissè planè regium statum. Falli tamen  
Iannotium, quatenus existimat, anti-  
quissimos Duces negotia publica cura-  
re, arbitrioque suo moderari cuncta  
potuisse, vetus reipublicæ Venetae in-  
stitutum declarat, quæcumque tractan-  
da incident ac deliberanda, expe-  
diendi non alio nomine, quam Ducis,  
ejusdemq; iussu & edicto pre munien-  
di, quicquid publicè mandaretur, aut  
promulgaretur. Quo sit, ut species ubi-  
que regni ac principatus, si quis altius  
rem non expendat, intuenti occurrat,

& nihil

N O T A E. 383  
& nihil appareat nisi magnificum, im-  
mò verò summum, eaque species falle-  
re possit, vel hac ipsa ætate, nedum  
tam longo temporis intervallo in re-  
bus à nostra memoria nimium quan-  
tum remotis. Evidem hoc unum ar-  
gumentum satis esset, non modò ad re-  
fellendum Iannotium in fraudem im-  
pulsum: sed etiam ad obterrendas ca-  
lumnias omnes malignorum; nisi alia  
tā multa suppeterent illuſtria, &  
comperita, ut prætermitti ac sileri nul-  
lo pacto debeant. Ante omnia nobis  
occurrit nomen ipsum Ducis, idcirco  
à liberis populis ei tributum, quem-  
vellet esse moderatorem perpetuum  
reipublicæ: quod sciēnt id non im-  
mensa cuiusdam potestatis, supremi quam  
dominatus, aut imperii vocabulū esset:  
sed certis quibuldam legibus temperate,  
coercitæque jurisdictionis alia auctorita-  
te, ex qua penderet majori, & præstan-  
tiori. Nam sive Longobardorum gens,  
ut nonnullis placet, sive à Constantino-  
politanis Imperatoribus missi Exarchi  
( quemadmodum probare studet Hiero-  
nimus Rubeus historiæ Ravennatis  
egregius scriptor ) excogitarint primi-  
rationem creandorum Ducum: con-  
stat semper iis Duces obnoxios fuissè,  
à quibus ejusmodi titulum essent con-  
secuti

384 IN DONAT. IANNO T.  
secuti, nec repugnare, nec aduersari  
impunè potuisse. Sic Exarchi cuncta  
gerentes arbitratu suo dabant, & au-  
ferabant civitatisibus, quos volebant  
Duces, & Longobardi Regis admini-  
strationis pertinēti, tribuissūt proceribus  
aliquor perhibentur hoc nomen, qui-  
bus inter se dissidentibus, sēdēque  
graſſantibus imposuerunt universis  
paulo post Regem. Utrolibet igitur  
exemplo illi prisci Veneti preficien-  
dum Reipublice Ducem existimarent:  
certè moderati & æqui regiminis, non  
summi ac immensi, planè incolumi  
libertate formam statuere. Demonstrat  
hoc evidenter jus Ducis, sive lex  
ea perverus, priusquam Dux nominar-  
etur, à populo lata, cuius memoriam  
exceptam publicis Annalibus ad po-  
steros ita pervenisse, nihil ut testatus  
divini cujusdam muneric loco haben-  
dum, ut invidorum aque improbo-  
rum malignitas probè coarguatur.  
Ergo quemadmodum Regia lex, Vl-  
piano teste, omne imperium, & omnē  
potestatem in populum Regi confere-  
bat, quam quidem legem Livius tradidit  
cum urbe ipsa nata: ita lex Veneti  
Ducatus omnium antiquissima ran-  
tum adest, ut omnem transferat po-  
testatem à populo in Ducem, ut è qua-  
tuor

N O T A E. 385  
tuor supremq[ue] maiestatis viribus, unum  
permisit imperium judiciale, idque  
etiam suis finibus circumscriptum:  
cunctas autem deliberationes rerum  
maximarum creationeque Magistratu-  
m, exceptis judicibus, in eorum  
potestate relinquat, penes quos antea  
fuerat, unā cum legum lationibus,  
scitis, & sanctionibus. Sed recitare  
libet ex Andrea Dandolo singula ca-  
pita legis, seu juris Ducis. *Vnani-*  
*miter, inquit, deceverunt solum Du-*  
*cem preſſe, qui aequo moderamine po-*  
*pulū gubernaret, & ius atque potesta-*  
*tē habet in publicis causis genera-*  
*lem concionem advocandi, tribunos*  
*etiam & judices constituendi, qui in*  
*privatis causis, exceptis meritis spiritua-*  
*libus, tam Clericis, quam Laicis, aequa-*  
*biliter jura tribuerent, ita tamen quod*  
*gravatis quandocunque libeat Ducis re-*  
*medium implorare. Eiusque iuſſone*  
*Clericorum concilia, & elec̄tiones Pre-*  
*laturarum à clero & populo debeant*  
*inchoare, & electi ab eo investitionem*  
*accipere, & ejus mandato inthronizari.*  
*Hu[ic] enim salubriter ordinari, &c. Ex*  
*his apparer, universam potestatem Du-*  
*cis judiciali potissimum jure termina-*  
*ram fuisse, ut liberè administraret,*  
*quicquid eō spgetaret, jurique disunde-*

B b pte

386 IN DONAT. IANNOT.  
præficeret etiam, quos mallet : hoc  
vero non diu Ducibus permisum, ut  
ex Annalibus ipsis clarissime constat.  
Si quis tamen argumentum hinc eruat  
summarum potestatis, quæ aliunde non  
pendeat, neque alio respiciat, hunc  
etiam facere oportebit, summam Po-  
testatem in Curiis, quæ Parlamenta  
vocantur, modò residere. Regesque  
maximos & amplissimos non amplius  
reges, sed eorum arbitrio voluntatiq;  
subjectos, qui circa provocationem  
judicent singulis de rebus, quasi Rex  
aliquis ejusmodi facultate præbita im-  
perio ac potestate summa unquam se  
abdicarit, aut quicquam de jure suo  
decedendum purarit, optimatesque &  
populus Venetus in Duce creando ita  
concesserint omnes in ejus imperium,  
ut avita libertate voluerint sese ultra  
spoliare. Quis credat, homines liberos,  
decorisq; avidos ita rationem ac men-  
tem omnem abjecisse, ut potius in cer-  
vicibus suis imponerent impotentissi-  
mum dominum, quam custodem, ut  
vindicem communis libertatis aseces-  
sent? Sed ut omnes aperte videant,  
omninoq; intelligent, imperium sem-  
per in populo supremum mansisse, haec  
erunt animadvertenda, & consideran-  
tanda: jus optimatum atque populi  
ceu

N O T A E. 387  
ceu liberi, fuisse de fortunis & ca-  
pite civium judicandi, neque modò in  
privatos sè penumero animadvertisse,  
sed etiam Duces ipsos nonnunquam  
mulieras cùm ignominia, & exilio,  
tum etiam cæde: quietiam ad ho-  
rum auctoritatem magis moderan-  
dam, paucis post annis, quam creari  
denuò fuerint capti, ademptam illis  
facultatem initio collatam, eligendi  
tribunos aut judices: tandem vero  
nihil omnino Duces absque assensu  
populi, populum vero poruissé, vel  
in ipsis Ducibus, quicquid è republica  
videretur jubendo statuere: (populi  
autem nomine complector etiam opti-  
mates, ne que fortasse vis hoc in ver-  
bo fiat.) Hæc non fallacibus ac levibus  
nixa conjecturis, sed testimonij locu-  
pletissimis comprobata, & illustrissi-  
mis exemplis ab historia petitis, nonne  
multo potius imperium optimatum ac  
populi, quam ullius ex antiquis Ducl-  
ibus evincent fuisse? Aggregiamur igitur  
rem propositam, & ostendamus,  
auctoritatem judiciorum non ita po-  
pulum transfusisse in Tribunos ac Du-  
ces, ut integrum sibi non foret, si  
quando velleret de maximis criminibus,  
ut de rebus aliis, cognoscere. Cum  
aliquot è primariis civibus antiquæ  
nobis.

388 IN DONAT. IANNO T.  
nobilitatis & magnæ potentia conspi-  
ralent in Duces Participarios, Angelitū,  
& Iustinianum, statuit ejusmodi faci-  
nus Populus vindicare, quemadmo-  
dum in minori chronicō scribit An-  
dreas Dandulus, mājestatisque dannos  
Ioannem Tornaricū, seu Taloni-  
cum, & Bonum Brandanitum, seu  
Bragadenum (nam cognomina utraq;  
variè scripta reperio) patibulo addidit;  
supplici locum è regione D. Georgii  
idcirco reor Annales præcipue notales,  
quod alibi fontes antea plecherentur,  
nimis in area, qua dicitur adhuc  
Bragora, corrupto forsitan vocabulo à  
Græco ἀρρεψ. Tertius conjurationis  
princeps Ioannes Montanarius cum  
fuga sibi consuluisset ad Lotharium  
Regem, bonis sub hasta dividentis per-  
petuò exulavit. Non minus celebre  
judicium, & quaestiones habita de Pe-  
tri Gradiocī optimi Ducis nece, cum  
Satagente Vrso. novo Duce tres à po-  
pulo judices constituti, Petrus Episcopus  
Equilinus, Ioannes Archidiaconus  
Gradiensis, & Dominicus Masonus, in  
reos peccat capitalis retulerunt hos ci-  
vies, Ioannem Gradicum, & duos  
ejus filios, Stephanum Sabularium, &  
Ioannem Labrescam, qui tamen tru-  
cidati fuerunt, à quibus, incertum,

acte.

N O T A E. 389  
antequam more majorum pena fu-  
mi posset: tres Petri, unus Candianus,  
alter Cletensis, tertius Flavianus unà  
cum Dominico Falterio Constantino-  
polim; Stephanus autem Candianus,  
plurimique alii in Transalpinam Gal-  
liam relegati, & ne quis unquam re-  
stitueretur, severè caucum. Hæc à ju-  
dicibus, quos diximus, decreta, com-  
perimus auctoritate populi esse com-  
probata; sicut etiam de Vrseola gente  
factum novimus, honoribus atque or-  
namentis omnibus à populo spoliata;  
sed nihil æquè declarat supremum jus  
populi, quām sententia capitalis per  
eundem lata in Petrum Candianum,  
quartum Ducis ipsius filium, atque ut  
ferebat ejus temporis consuetudo, pa-  
tri non modò successorem, sed colle-  
gam datum. Is perditis profligatisque  
moribus adolescentis, cum patris gra-  
vissimi viri atque sapientissimi, ad me-  
liorem frugem ipsiū iterum ac sèpius  
revocancis, asperiora monita, & dis-  
ciplinam sustinere non posset, consilium  
capit iniquissimum, instigantibus iis,  
qui ejus amentia, furorique palam  
serviebant, ut ille patrocinaretur vi-  
cissimi ipsorum audacie, conjuratione  
inita in senis & dignitatē, & vitam:  
sed re patefacta & comperta in custo-

B b 3 diam

diam traditus , qui clandestinis appetierat insidiis paternum caput , publico populi judicio condemnatus , adscendens jamjam erat extremo supplicio . Tunc specie miserabilis parens in publicum prodiit , profusisque lachrymis deprecari acerbiratem supplicii , atque feditatem , deplorare suam calamitatem , ostendere canicem , commemorare tam̄ merita majorum , quam̄ sua , quibus miseri filii vitam condonari , etatisque sua imbecillitati palam flagitabat : non impietarem , nec scelus ullum adolescenti , sed imprudentiam , atque inscitiam crimen id conflasse : quare non atroci adeo animadversione , sed alia minus gravi coērcendum esse , ni perditum vellent juxta natum , atque patrem . Constitutum erat populo suum judicium obstrinare , sed optimi Duceis mōrōre atque orbitate commoti , ne quid ille in se gravius consuleret ob angorem veriti , refusa priori sententia , ita statuerunt , ut p̄nam quidem moris evaderet ille in gratiam patris ; veruntamen dignitate pariter atque patria amissi , citra ullam spem illius , aut hujus recuperandæ in sempiternum exilium deportaretur : subscripterunt huic sententia simul omnes ordines , solenniique jurejurando etiam

391  
etiam se obligarunt : id verò quia violari mox contigit inconstititia vulgi , acclamatis eum Principem ab exequiis patris , res malè vertit , & renunciantibus , & renunciato , ut cuiuslibet est in promptu . Quid hic dicturos existimamus , quid causaturos , quicquid Ducibus antiquis summūjus tribuerunt ? Nonne summū dicitur id , quo nihil est majus ? cuius imperio continentur omnes , & coērcentur ? Atqui nihil in Venetis Annalibus tam̄ frequens , & obvium , quam̄ Duces ipsi à populo coērceri soliti . Dicent fortasse , non tantum quid factum fuerit , quam̄ quo jure factum fuerit , spectari oportere . Veruntamen ipsa lex Ducatus antiquitus lata declarat , non injuria coērcitos Duces , aut plus , quam̄ tributum fuisse , sibi vindicantes , aut gravioris alicuius noxe criminisque compertos ; & quanquam nonnulli viu populi concitati , legitima tamen judicia multi subiēre , cuiusmodi præter supradicta de Obelerio quoque Duce accepimus factum , perduellionis damnato sub Gallicum bellum . Is hue atque illuc extorris diu , & multum vagatus , cum redire in patriam nunquam potuisse , vel potentissimorum Principum gratia & patrocilio , vim adhibendam existimavit ,

funkto confilio, quod illi tandem sum-  
prium exitium attulit. Nam Meta-  
maeum aecius à civibus suis, qui de-  
fectione facta transferunt in illius par-  
tes, non multo post oppugnato expu-  
gnatoque oppido, vivus in Ioannis Du-  
cis venit potestatem, absconditque cer-  
vibus, ex lento lata, remeritatis  
& perfidie penas unā luit. Ex quibus  
animadvertere cuiilibet datur, quām  
inanis, quām falsa, absurdaque sint de  
summa Ducum potestate quorundam  
commenta. Quid enim? Obelerius vel  
duorum fratrum substdio fultus (nam  
Beatum constat initio unā consensiliè)  
Gallicis partibus addictus non una de  
causa, rem tamē ex arbitrio conficeret  
nunquam potuit, adversantibus aliis,  
qui Græcis obnoxie studebant; & eis  
aliquis tamē rudit atque adeo vecors,  
qui putet auctoritatem supremam pe-  
nes Duces fuisse? Cur ergo Mauricius  
senior plebi jucundissimus, qui summis  
opibus, summaque existimatione  
floreat, pro imperio nunquam resti-  
tuit Ducatus sedem, paulo ante Metamaeum  
translatam, Heraclæx sive pa-  
tria? Cur in candidatorum suffraga-  
tionibus, si quos rerum sacrarum An-  
tistites designari vellent, non semel le-  
gitimus Duces repulsam tulisse? quin-  
immo

immo Tribunorum studiis nonnum-  
quam sufficēt, qui maxime Ducibus  
invīsi, atque infensi esent? quemad-  
modum ob consanguinei Patriarchæ  
cēdē Fortunatus Ioanni, & Mauri-  
cio Ducibus omnium offensilissimus,  
nihilominus Tribunorū suffragatione  
successili proditur, ac nimis cona-  
ribus Ducum obſistere solitos, si quid  
perniciōsum molirentur, Tribunos le-  
gimus; qua de causa in Rivo alto post  
Gallicum bellum Angelus Participa-  
tius Dux ubi à populo dictus, stabilire  
vīum est omnibus exemplum salutare,  
in auguratione Dominicī Monegar-  
rii pridē institutum, geminos, qui  
Duci affiderent, Tribunos creandi: quæ  
res tantopere augebat jus ipsius reipu-  
blice, quantopere compescerat audaciā  
Ducum, quibus obnoxii Tribuni  
non amplius agebant in posterū crea-  
di iuslī atque arbitrio populi; ne quis  
tamē existimet antequam ea fierent,  
summos rerum moderatores atque  
arbitros Duces existiſſe, contra quam  
lege Ducaria constitutum esset, Gre-  
gorii II Pontificis expendenda littera  
, quarum haec inscrip̄io; *Dilectis  
fratribus Donato Patriarchæ, & Episco-  
pis, atque Marcello Duci, & Plebi Ve-  
netiarum, &c.* In ipsius autem litteris  
B b 5 (nam

394 IN DONAT. IANNOT.  
(nam cuncta recitare nil atinet) pra-  
cipue debent hac verba norari, & per-  
pendi. *Quia igitur missa relatione ad*  
*nos à Deo salvata communitas vestra*  
*petuit contra Forojulensis Antiskitem*  
*aientes, quod cupiat invadere ditionem*  
*Gradensis Ecclesie. Communis enim,*  
five Communis nomen nihil aliud si-  
gnificat, quam rem publ. ipsam, quod  
etiam Carolus Sagonius probè animad-  
vertit h[ab]it. de Reg. Ital. lib. x. Supre-  
mam verò Majestatem temporibus iis  
unā cum Duce in populo reedisse,  
ostendit Ducus pariter atque Plebis in  
litterarum fronte prima mentio: sic  
etiam in litteris datis à Gregorio III,  
h[ab]et inscrip[ti]o desideretur absoluta &  
integra, vitio librariorum, qui com-  
pendia sectantur, indicat tamen aut  
plebis, aut populi prætermisum no-  
men, quatenus apposita est hujus com-  
pendii nota, *Dilecto filio Vrso Venetiarum*, &c. tunc quidem alia sententia,  
quam cum postea contigit Dalmatiæ  
domitæ, & Croatæ titulos accedere:  
immo verò in antiquo exemplari vidi  
mus disertè scriptum *Tribunis*, & *Po-*  
*pulo*. Sed in deliberationibus, in fa-  
ceribus, & quibuscumque fractioni-  
bus, quarum memoria literis com-  
mendata superest, expressum legimus  
populi

N O T A E. 395  
populi ipsius nomen: & quia comme-  
morare singula nimis longum esset,  
unum aut alterum satis fuerit in me-  
dium affere ex antiquioribus, quæ ad  
nos pervenerunt. Angelus Parraciacus  
Dux, & Iustinianus filius ejus, & col-  
lega concesserunt Abbatijaneti frvuli  
Capellam B[ea]ti Ilarii, cum suis territo-  
riis, at his ipsis verbis. *Nos quidem An-*  
*gelus, & Iustinianus per divinam gra-*  
*tiam Venete Provincia Ducer una cum*  
*Reverend D. Fortunato sancte Gra-*  
*densis, & Aquileiensis Ecclesie Pa-*  
*triarcha, & Christophoro venerabili E-*  
*piscopo Jancke Olivolenis Ecclesie, at-*  
*que universis populis habitantibus, lebe-*  
*Christo dilectas, &c.* Subscribunt verò  
Patriarcha, Duces, Episcopos, Ioannes  
Tribunus, & multi alii. Petrus verò  
Tribunus cum Clodiensib[us] pactionem  
fecit de illis, quæ Duci præstare debe-  
rent, in qua disertè scriptum; chartam  
securitatis facimus nos Petrus Tribunus  
Dux, & omnes totius Venetie majores,  
& minores, quorum nomina fibi  
erunt scripta. Sunt autem ad quin-  
quaginta nomina, quæ legi possunt.  
Ego Petrus Tribuno, *Dei gratia Dux,*  
confirmo.  
Ego Petrus Forentio Index manu mea  
scripsi.

Ego

Ego Petrus Caloprinus Index manus  
mea scripsi.

Ego Feliculus Marin Index manus mea  
scripsi, &c.

At de Petro IV Candiano Duce scri-  
bir Andreas Dandulus, iste Dux cum  
Bono Patriarcha, Petro Episcopo Olivo-  
lensi, Ioanne Episcopo Torcellano, & ce-  
teris Episcopis, Clero, ac populo Veneti-  
arum decretum ab Vtjò Duce condi-  
tum renovante, sanxerunt inhibentes  
commercialium de mancipiis Christianis.  
Nono quoque fui ducatus anno Dux cum  
Patriarcha, Episcopis, Clero, & populo  
Venetia legatos misit Joannem Contar-  
eno, & Joannem Denie Ioanni Pape,  
& Ottoni Imperatori, &c. Cum vero  
descivissent a republica omnes Istriae  
populi, coacti sunt utrumque iherum im-  
perata facere, nevaque spatione se  
obligare, cuius extant tabule. In no-  
mine Domini nostri Iesu Christi, impe-  
rante D D. Ottone Sereniss. Impera-  
tore anno quarto, die xii mensis Octo-  
bris, Indict. quinta. Hic tabulis Sicar-  
dus Comes, atque Istria vctigalit; facta  
convenire se ajunt und cum Petro Orsolo  
gloriosissimo Venetiarum Duce, & cum  
univerzitate suo populo. In feedere quoque  
omnium gloriosissimo initio cum Pa-  
triarcha Hierosolymitano, ceterisque

Pri-

Principibus anno à Christo nato M c-  
xxiii non semel repetita leguntur haec  
verba; Vobisq; Ducis Venetiarum, & Ve-  
netorum regenti promittimus. Innumera sunt,  
quæ Ducem cum iudicibus, & Princi-  
palibus, seu Primatibus, ac populo Ve-  
netiarum nominant, nec ullam un-  
quam sanctiōnem, pāctionem, fedus,  
Ducis unitus nomine celebratum in to-  
tis Venetis Annalib⁹ ostendit potest:  
quod certissimē arguit, nihil agi po-  
tuissi inconsulto populo, cuius etiam  
rei documentum capere possumus ex  
eo, quod voti causa cum Venetias pro-  
fectus esset, ut beati Marci veneraretur  
corpus, Otto Imperator, clamque o-  
mnes adventum suum illę voluisset,  
fortasse ne quid turbarum se absente  
fieret; triduo post eius abitum, con-  
vocata concione, ut hospitium, quod  
in scio populo impertierat sibi fraudi  
non esset, Dux Petrus Vrseolus II ex-  
positus rem geltam, necessitatēque  
excusavit accurata oratione, quam ex-  
cusationem à populo acceptam duni  
Annales tradunt, haud obscurè signi-  
ficant, fieri potuisse, ut ea non accipe-  
retur, & Dux reus fieret. Quod si non  
erat integrum atque turum, excipere  
in ædibus aliquem Principem hospi-  
tio; qui poterat ipse Dux inconsulto  
populo,

398 IN DONAT. IANNOT.  
populo, vel collegas, vel successores li-  
berè designare liberos? vix credam  
Iannocium ita unquam opinatum, aut  
hallucinatum oportet in re apertissi-  
ma. Nihil enim in Veneta historia no-  
tius, magisque compertum, quam se-  
nioris Mauriti meritis ac precibus, exi-  
mii loco muneric, id à populo indu-  
tum, mox in exemplum pernicioſissi-  
mum à posteris tractum, ut imperra-  
rent alii filii, alii fratribus conforiorum  
Principatus, atque adeo successionem;  
neque tamen unquam memorie pro-  
ditur hoc factum, nisi populo affen-  
tiente, atque comprobante. Nam Du-  
ces nihil aliud, nisi quod rogabant, sic-  
ur etiam in deliberationibus publicis,  
& legum lationibus: populi verò su-  
premitum iudicium erat, in quo Duces  
acquiescere qualicunq; oportebat. Ar-  
gumento sit, quod Dominicus Flaba-  
nicus Dux, cum ejusmodi confuetudi-  
nem abolitam cuperet, qua non nihil  
detrimenti videretur allatura reipubl.  
illudque haberet exploratum, legem  
abrogare potestatis ejusdem fore, que  
scivislet, non ipse pro imperio anti-  
quavit, sed indicta publica concione  
ad populum revulit, cuius id scitum  
esse, atque iustum noverat, vellentne  
cum certa pernicie fixum stare, an me-  
tus

N O T A E. 399  
tus omnisi tollendi causa refigi, ac re-  
ſcindi? Ridiculum forte videbitur quod  
attemam, ſed valde appositum, ni fal-  
lor, arque adeo opportunum vel in  
minutis quibuscumque & minimis re-  
bus, ad ostendendum, populo quam-  
tum juris effet. Legimus enim in Gre-  
corum quandoque odium, à quibus  
plurimum diſſidere cuperat reciprili-  
ca, in publico concilio sanctum o-  
mnino fuisse, ne quis summitteret bar-  
bam, præterquam luctus causâ. Ex his  
apparet, quâna verè ſit à nobis dictum,  
nihil agi unquam conſuevit sine po-  
puli iulii, ideoque in ejus offenſionem  
facile incurrerant, ſi qui Duces ali-  
quando ſibi plus arbitrii ſumpſiſſent,  
quam lege tribueretur in negotiis ge-  
rendis: quid? quod immerentes odia  
multi etiam ſubibant ex cōmuni ſen-  
tentia rebus conſtitutis, ſi minus ex  
ſuccederent, arque accideret, ut infor-  
tunium aliquod grave acciperetur ob  
Ducum ſtatios, confilia, vel infau-  
ſta auſpicia; vulgo nimis in ex eventi-  
bus cuncta mientiſe, & cuius nomi-  
ne juberi edicione ſolita, huic temere  
accepta referenti tam bona, quam  
mala. Ita cum Vitalis Faletri Duciſ  
funus duceretur, ab universo populo  
diræ fuit devotum, quod summa cari-  
tas

400 IN DONAT. IANNO. r.  
ras annonæ fuisset eo principe, & ex-  
probrandæ rei gratia vino & pane in-  
gestis, sepulchrum ejus contratum,  
& commiculatum. Tale quid etiam  
paucis iam annis contigisse novimus  
Petro Laureano, Duci optimo & in-  
nocentissimo, cum tamen hic annis  
quadriringens fere posterior Sebaltiano  
Ziano, ille verò superior annis plus  
quam nonaginta. Qyod etiam tem-  
poribus nostris non semel accidit, cum  
annonas præseruit ubertas & caritas  
à vulgo Ducibus tribui soleat, non alia  
certè ratione, quam antiquissima re-  
publ. consuetudine, cunctas delibera-  
tiones, atque publica edicta non alio,  
quam Ducis ipsius nomine vulgandi.  
Quæ res ostendit, præteritis omnibus  
temporibus haud dissimili ratione,  
quam modò administraciam rempu-  
blicam, discrimenq; illud ab Iannoto  
indutum prorsus nullum esse; cum præ-  
fertim ea, quam affert, histrio Ducis  
Raynerii Zeni, à populo conviciis la-  
pidibusque appetiti, propter molendi  
tritici vestigial auctum à Senatu, fidem  
tantam faciat, semper in Duces redun-  
dere solitum, quicquid offensæ contra-  
herent præsidæ reipublicæ, docearque  
turbam furore concitaram, postea-  
quam amplius in Principem grasi

nor

N O T A F. 401  
non potuit, ex ejus manibus elapsum,  
domiq; sive abditum, non tam in prin-  
cipes atque auctores ejus sententia,  
quam in privatos cives impetum tu-  
lisſe, quos ejusmodi res & causa mini-  
mè attingebat. Sed rem totam ut pau-  
cis complectamus, semper Dux Vene-  
torum libera in republica tantum ob-  
tinavit summum juris atque auctoritatis,  
quantum ingenio, bonis artibus, gra-  
tia, & opibus, vel propinquorum, vel  
amicorum apud cives valuit: imperii  
summam vim ipsam nunquā habuit,  
sed imaginem tantum quandam, &  
umbram imperii, plus minusve, pro  
temporum varietate. Antiquitus pe-  
nes illum fuit judges statuere, & Ma-  
gistratus quoddam etiam designare:  
quin etiam Domini nomen quando-  
que audiebat, mox id lege fuit veri-  
tum, ut alia permulta, qua antiquis  
Ducibus honestandis vel concessa, vel  
permisla fuerant. Serenissimi tamen  
titulus adhuc manet, regaliaque insi-  
gnia, & sella in medio fuggeſtu; co-  
mitatus etiam eorum, qui modò feu-  
tarii, olim verò excusat vocari sole-  
bant, ad perexiguum numerum con-  
tractus supererat: Veruntamen ad ex-  
trema prope nunc deuentum est, cum  
in funere, cujusque principis creati

Cc

Qua-

402 IN DONAT. IANNOT.  
Quatuor-viri de potestate illius semper aliquid detrahant.

N o r. XVI. *Postremè tandem, quod meam sententiam, &c.*] Licit aliquando hoc ipsum Gentilis hominis nomine in primis annalibus reperiatur, contra quam credit Iannotius; nam Petro Tradonico Duce legimus hac ipsa verba: *Ei avenne che'l sopraddetto Dosè veniva mal voluto dal popolo, e etiam dalli Gentilhomini, perché el non curava de favellar al popolo, e con li Gentilhomini, nel uoleva altra compagnia, se non dellisòi servì. Sicut etiam alibi non semel. Frequentius tamen vocantur Majores, aut Primores, & siccipius Tribuni: etenim hoc nomine censabantur non modò, qui functi essent Tribunatu, sed etiam, qui ex familiis tribunitiis ducerent originem, hoc est, unde aliquando Tribuni creati essent. Arguit hoc ex loquendi formula, quam Annales assertant, ubi loquuntur de familias Patriorum. Fuerunt antiqui tribuni. Frequenter etiam legimus in iisdem, ab hujus, aut illius familiae Tribunis sacras ædes complures vel ædificatas, vel ornatas esse: nec non Tribunos, & Magistrates uerbis ita decrevisse: quo sit ut latè admodum pateret hoc Tribuni nomen, & completeretur Patri-*

N O T A E. 403  
Patrios, & nobiles cunctos, prout etiam voces Majorum, aut Primorum: que si Iannotius noster animadversisset, profectò quod miraretur, nihil habuisset in monumentis antiquis Venetorum hanc Gentilis, ut modò loquimur, hominis vocem non audiri. Nomenclatura enim est haud recens, res autem perveritus, & priscis vocabulis memoria commendata.

N o r. XVII. *Contigit autem, ut qui &c.*] Fallitur Iannotius: semper enim penes majora comitia summa potestas fuit, & cum Tribuni reipubl. præserant: quod clare ostendit Andreas Dandulus, dum ait; *Interea Venetia maritimam regio propter bellicas clades populi austri in qualibet insula tribunos annuales constituit, qui incolis iustitiam exhibent, scilicet vero in communis tangentia ab omnibus, comprovincialibus congregatis determinare consuetum erat: & postquam Duces creari coepi sunt, ut supra ostendimus, & ex omnibus priscis annalibus manifestissime appetet.*

N o r. XVIII. *Qua de re Trium-viros, &c.*] De Patriis non amplius ad Capitale Quadragesita-virum collegium referut ab Advocatoribus: sed amplissimum Collegium institutum

C c 2 est.

404 IN DONAT. IANNO T.  
est, quod solemne vocatur, in quo præter Quadraginta-viros Dux ipse adest cum suis consiliariis, ac præconulito-ribus, quos sapientes vocamus: Ad hōe de iis, qui Patriotis majores suos extitū docere volant, ideoque in Patrioticorum se numerum cooptari, re- fertur: cuius partes sunt constituere, an Patriotus ille haberi debeat, nec ne. Multæ præterea sanctiones conditæ, quibus cauam est, ne quis in re tanti ponderis, atque momenti verba da-re, aut quavis ratione fucum facere possit.

N o r. XIX. *Quandoquidem tu mi-nime abs re futurum, &c.]* Sicuti ma-jora Comitia sensim ad formam hanc perficillimam, quam modo cuncti admirantur, ut superius diximus, per-venire; variisque decretis vel tempis convocandi, atque adeo dimittendi: vel qua potissimum ratione iretur in suffragia: vel quinam essent in concilium admittendi, ejusque generis mul-ta pro temporum varietate, non spe-ciosè magis, quam prudenter à majo-ribus nostris constituta fuerunt: ita comitorum locus arq: sedes, in quam convocari deberent, non semper una sive eadem fuit. Neque enim solummodo priscis temporibus Heracleæ,

Meta.


N O T A E. 413  
cunt, & controversias, quæ xx libra- rum sumimam non excedunt, celeriter dirimunt: provocatur tamen in his levioribus causis ad officium Cataveri. Sunt quoque in Marcianis Magistrati-bus Trium-viri syndici, quorum munus est operam dare, ut judicia recte, atque ordine, & sincerè fiant, cuncti que scriba, precones, & alii in foro cùm Marciano, tūm Rivoaltino sua munera integrè atque sine fraude ex-equantur. His principiæ subjecti sunt ii, qui cum litibus imponere finem sollicito animo procurare debeant, Sollicitatores, & Procuratores dicun-tur. Nec quisquam hoc munere fungi potest, nisi prius & vita innocentiam comprobaret & se periculo facto ap-put, nullaque fordidæ arti operam dedisse demonstraverit, atque syndi-corum & Quadraginta-virum Ca-pitalium Praefectorum, qui Duci assi-dere solent, suffragii sollicitator crea-tus fuerit. *Confides Mercatorum Rivialti de mercatoribus jus dicunt: sicut etiam Magistratus ille, qui supra con-fuses dicitur, causas judicat decoste-rum atque adeo iudiciorum, qui senes-rantur.*

Multi sunt præterea Magistratus, qui à sequatu, ubi ē republ. viſum, fucr̄,

fuerit, creari solent, tamen nec ullum ex eo percipiunt emolumumentum, neque cum fuerint candidati, id munus exprimitur ab electoribus, ut de aliis dignitatibus, sicut superius diximus, fieri solet. Hujusmodi sunt Triumviri legum Conservatores, qui ut leges observentur, operam navant, & praesunt Arbitris, ut ex legum praescripto judicent: ab iis vero provocatur ad Trium-viros Advocatores. Boni feudalibus Praefetti, Bona communalibus, id est iis, quae res publica rusticis utenda dedit; Boni incolis, quae scilicet olim vel nemoribus, vel aquis obruta non multis annis maxima industria, & majori impensa culturam admiserunt: scripturae ordinande, publica pecuniae exigende, & alii nonnulli, qui cuncti suis muneribus egregie perfunguntur, omnemque movent lapidem, ut res publica adhibitis tot civium manibus, non conservetur modo, sed etiam inter omnes emineat, atque sublimè feratur.

Sunt etiam Senatorum collegia, quae x sapientum vocantur, à quibus ea judicantur, que rem publicam attingere videntur; an subjecti immunitate aliqua donati fuerint, nec ne: quatenus agri vestigalia pendant:

ejus-



eiusque generis multa, aut etiam, quæ  
iildem collegiis delegata sunt, ut de iis  
cognoscant, statuant, judicent.

N o r. XXXVI. *Curam instituenda  
juventuiis.* Cont. lib. 5.] Et armis , &  
litteris danc operam Veneti patritii,  
neque ullo paſta eorum cura à republ.  
pratermissa. Nam præterea, quæ Con-  
tarenus recensuit, Gymnaſium est in  
Bibliotheca reipubl. ubi humaniores  
litteræ lingua Græca, & Jurisprudentia  
publicè leguntur. In insula præterea,  
quæ Iudaica vocatur , Academis ſupe-  
rioribus annis Patritiorum fuit insti-  
tuta, in qua pueri & bonis moribus,  
& liberalibus doctrinis imbuuntur pu-  
blicâ impensâ. Ioannes verò Theupo-  
lus Venetiarum Patriarcha, vir paucorum  
hominum, quique vita innocen-  
tia ac integritate non minus, quam  
scientia atque eruditione singulari in-  
ter omnes eminet , Muriani ludum li-  
terarium aperiendum curavit in ædi-  
bus D. Cypriani, in quo pariter Veneti  
cives optimis disciplinis instituuntur.

N o r. XXXVII. *Peregrinus jam  
omnes , &c. Contar.*] Multos etiam  
respubl. mittit in insulas , & in Con-  
tinente legatos proconsulari fere po-  
teſtare, quos Proviſores Generaleſ ap-  
pellant, & quamvis olim ea munera

416 IN DONAT. IANNOT.  
ad tempus essent, cum scilicet e repub.  
videretur aliquem mittere ad ea exer-  
cenda, qui re peracta domum reverte-  
batur, nec successor aliquis eligebatur;  
attamen in praefens, & Palmæ nove  
Civitati, & Istricæ provinciæ, & in  
sulis Corcyrae, Cephalenæ, atque Za-  
cynthi, & regno Cretæ summi Sena-  
tores legati præficiuntur.

---

D E F O R M A  
R E I P V B L . V E N E T Æ,  
L I B E R S I N G V L A R I S.

NOT. XXXVIII. IANNOT. Pa-  
hoc à Nicolao Leoniceno.  
CONTAR. lib. I. *Enim uenit haec*  
*in re tempieriem.]*

**Q**UOD olim Laconum, atque  
Romanorum, idem modo  
Venerorum contigit reipu-  
blica, ut inter viros eruditos  
fimos nondum satis constet, quæna-  
sit ejus vera forma. Nam quidam alii  
popularem statum illas retulerūt, qui-  
dam vero ad paucorum sive optimi-  
tum: quidam qui rem, ut dicitur, v-  
identur acu tertigifile, non simplices  
aut uniusmodi illas statuerunt, sed  
per-

N O T AE. 417  
permistas, & ex tribus formis tempe-  
rata, & Regia, & Paucorum, & Mul-  
torum. Aristoteles quidem hoc ar-  
gumentum tradit perfectæ missio[n]is,  
quando contigit, ut unam eandemq[ue]  
temp[or]ib[us] ali[us] Democratiam dicant,  
ali[us] Oligarchiam. At enim lib. 4 Po-  
lit. cap. 9. *Manifestum est id contin-  
gere iis, qui dicunt, propterea quod per-  
fecta est missio: accedit etiam idem me-  
dio, quoniam utrumque extre morum  
apparet in ipso.* Id vero confirmat ex-  
emplo Lacedæmoniorum reipubl. que  
vita est alius popularis, quia populari-  
ter complura in illa constituta sunt;  
aliis vero vita est gubernatio paucorum,  
cum nonnulla haberet, qua spe-  
carent ad nonnullorum potentium;  
sed omisssâ Lacedæmoniorum admi-  
nistracione nec non Romanorum, de  
quarum genere fuit à multis satis di-  
sputatum, de Venetæ reipublicæ forma  
differamus. Ioannes Bodinus Ande-  
gavensis, vir litteris multis perpolitus,  
& peracri ingenio, sed res novandi flu-  
dio præceps, & nimium quam audax,  
extremo de republica sua libro Vene-  
tam reipublicam statuit optimatum  
ess[et], quam popularem omnino con-  
tendebat existere lib. de Meth. His-  
toria. Hominis autem hallucinatio ex-  
Dd co

eo fonte profluxit, quod simplices rem publicar. formas duntaxat agnoscit, easdem verò inter se permisceri prefraude negat. Quapropter arguit summus Philosophos, ipsumque Aristotelem, qui praestantissimum reipublicae genus illud statuerunt, quod foret e simplicibus formis probè temperatum. Et verò in quaerenda simplicitate frustra laborant, ubi multa quaerenti occurrere poterat, contigit id Bodino, quod Aristoteles monuit, ut distraheretur in varias adveras sententias, & alias probatas sibi rejiceret, posteaque probasler rejectas, proue ingerebat se illi diversa species in singulis reipublicæ formis perpendendis. Quemadmodum igitur secum dilidet Bodinus in Romanæ reipublicæ formâ statuendâ, quam modò popolarem facit, modò regimen Optimatum; sic etiam penderat, ac nutat, dum agit de statu Veneta reipublicæ. In eo verò Bodinus ~~principiū~~ peccat, quod permissionem formarum negat, ac de medio collit, cuius aliquo argumenta, seu verius commenta, evidentissimis rationib<sup>o</sup> refellamus, ut hoc tanquam primo gradu facto, & constituto, ad alia progrediamur. Vnum Bodini fundamentum principium est, quo tota niti.

N O T A E. 419  
nicitur fraus hominis, absurdaque opinio: esse res duas disjunctas, penitusque diversas rationes, gubernandi statum civitatis, quâ in re tanto perè sibi placet, ut omnes de rebus Politicis ante se scriptores, & nominatim ipsum Aristotelem arguat, quod ejusmodi distinctionem non animadverterit. Quâ tamen in re perspicue fallitur, ne dicam mentitur. Vedit enim hoc Aristoteles, & diserte monuit cap. 5, lib. 4 Polit. Neque verò latere nos debet, multù in locis contingere, ut que res publica secundum leges non sit popularis, nihilominus populariter gubernetur propter morem ac institutionem: similiter autem apud alios contraevenit, ut res publica secundum leges magis popularis institutione autem, & moribus videatur magis ad paucorum regimen accedere. Veruntamen id quandoque accidere, non fixum ac perpetuum esse, & pricipiū post mutationem rerum publicarum fieri, scripsit Aristoteles, secus arque Bodinus arripiuit, ac nobis obtrudit, qui si philosophari serio didicisset, in errorem tam fœdum nunquam lapsus esset, ut operationem propriam statueret omnino dissidentiam ab agendi principio, atque formâ insita. Accidere id quidem potest

D d 2 ali-

aliquando seu materie vitio, que non satis apte affecta sit atque disposita, sive quod operantis est remissia vis, aut forte impeditur. Sed haec non eveniunt, nisi raro, & fortuito, que in naturam ipsam transferre velle summa amentia est. Postulat enim odo naturalis, & ratio, ut proprie operationes proprie forme respondant, que forma, si quando aberrat dum operatur, id prater natura ipsius ordinem accidit, qui est certus, & constans. Quam igitur administrationem civilem Bodinus proponit, si vis integrata constat illi natura sua, fieri nullo modo potest, ut operationes à statu formâque sua sint diversæ ac dissimiles: si autem vel jam corrupta est, vel certè ad corruptionem vergit, quemadmodum evenit in reipubl. mutatione, non gravatè alienimur, unâ cum Aristotele operationes quasidam existere à formâ diversas, propterea quod innata vis deperit, & paulatim intercidit, quo tandem fit, ut formæ prioris corruptæ vestigia tantum maneam, dum alterius formæ sequentis affectio paulatim inducitur. Licit hoc intelligere cuilibet ex Tacito, qui lib. 4 Annalium Romanarum reipublicæ non modò à statu suo discedentis, sed jam propè extinctæ ex-

hibet

421  
hibet quandam speciem, sive imaginem, in quâ tamen multa adhuc superercent, que veterem majestatem arguerent, pristinumque statum, ut quamvis forma esset recens superinducta, non tamen vetus illa prior ita foret abolita, quin adumbrare salem aliquid operando posset. Quod igitur Bodinus assūmit tanquam certū axioma, hoc est falsissimum, & ratio, & res ipsa docet, gubernandi rationem à statu suo diversam esse. Siquidem hoc nunquam contigit in republica integrâ, sed in illi tantum, que jam caput mutari & corrumpi, atque à statu discedere, ubi profecto mirum videri nō debet, si dissident, que prius inter se planè cohæabant, quod tamen est prater natura vim infinitam, & per accidens evenit. Sed expendamus alterum Bodini argumentum; ex duabus reipubl. administrationibus, que differunt specie, nihil optimum conflari i posse, tradit Aristoteles: ergo multo minus conflari poterit ex tribus in se confusis. Antecedens ex eo probat, quod Aristoteles lib. 2 Polit. cap. 6. reprehendit illos, qui tempubl. constituant ex populari statu, atque tyrannide. Nam si ex paucioribus fieri non potest recta permisso, quomodo

D 3 fiet

422 IN DONAT. IANNOT.  
fiet ex pluribus? Sed vel hic Auct,  
oscitanter admodum Aristotelem h  
igit, aut fraudem malitiosè facit. Et  
ex Democratis, & Tyrannide nihil bo  
num constitui queat, Aristoteles car  
rationem non afferit, quam Bodinus  
inducit (nam quis nesciat, facilius esse  
duo simul permisere, ac temperare,  
quam tria?) sed quia Democratis, Ty  
rannisque ejusmodi sunt, ut non re  
ponendae sint in numero formarum,  
vel certè longè dicerimur existant for  
mae reipublicæ, propterea ex his duo  
bus generibus nihil optimum confici  
possit, tradit Aristoteles, nihil autem  
obstat, quo minus misio fieri possit è  
duabus tantum generibus, five formis,  
qua cap. 8 lib. 4 Polit. scripta sunt,  
aperte demonstrant, existere quoddam  
genus civili administrationis, quod pa  
litia à pleriq; nominari potest, qua nihil  
aliud sit, quam permisso quoddam Oli  
garchia cum Democratis: licet enim  
ejusmodi binæ species connumeratae  
fuerint ab Aristotele inter minus inte  
gras, hoc est, inter virtutæ & corruptæ  
reipublicæ formas: nihilominus do  
quit, fieri posse, ut non ita multum  
declinet ab instâ probitate, quo sit,  
ut inter mediocres ceteri possint, quod  
quidem tyrannidi contingit nunquam,

que

N O T A E. 423  
que semper est labes, & vitium, qualis  
qualis existat, propterea cum aliis mi  
sceri nunquam bene potest. Terrium  
Bodini argumētum ejusmodi est: Tres  
forma rerum publicarum sunt inter se  
oppositæ, habent ergo diversos fines,  
diversas leges, & diversos status, qui si  
confundantur, simul perturbatio ma  
xima orietur, ergo nihil ex iis bonum  
confici potest. Enimvero hic naturalis  
Philosophia se ignorantum Bodinus pro  
dit, que docet, eorum, que simul per  
miscentur, naturam & vim tantum  
superesse, mistione peractâ, non au  
tem formas re ipsâ, five, ut aiunt, in  
adiu. Que igitur prius erant inter se  
pugnantiæ & opposita, haec postea si  
mul conveniunt atque coalefcunt, ut  
efficiatur quoddam commune, sed ta  
mendiversum à singulis formis, que  
ad mistionem peragendam concurre  
nt. Singula tamen hæc vim suam  
exercent & produnt, plus minusve, pro  
ratione ipsius temperameti, quod pro  
prius quidem ad unum, quam ad aliud  
inclinare potest, non tamen ita planè  
referre & representare, quin discrimen  
percipi queat ab eo, qui aliquid sapit.  
Bodinus tamen fateri non veretur, sc  
non intelligere, quomodo ex tribus  
generibus modicè temperatis quartū

D d 4 ex-

¶24 IN DONAT. IANNOR.  
exurgere possit genus reipublicæ, quod  
viri quandam naturā diversam à ceteris  
habeat. Quapropter probare nüt  
titur alterutrum; vel ex tribus reipu-  
blicæ generibus nil confari posse; vel  
si confletur, futurum ut nihil differat  
à populari statu: sed omnis conatus  
hominis prorsus est inanis, & rationis  
ejus levissimæ, & ex iis, quæ solent in  
scholis proponi exercitandi causâ acven-  
dique ingenia eorum, qui Philosophie  
dant operam; itaque piget illas referre,  
nendum scribi refellere. Quartum Bodii  
ni argumentum, quod quidem ducit  
ille: maiestas per se ipsa est individuum  
quoddam, ergo non potest simul &  
uni, & paucis & pluribus communica-  
ri. Antecedens firmatur auctoritate  
Iurisconsultorum, qui iura Majestatis  
estè individua affirmare solent; & hac  
ratione præterea, quia si Majestatis iura  
communicari possent, vel tribueretur  
omnibus ex æquo, vel singulis plus,  
minusve: primum fieri non potest,  
quoniam alter impediret alterum; al-  
terum quoque locum habere nequit,  
quia quod excederet, paulatim ad se  
traheret cetera, præterquam quod plus  
& minus recipere non possunt formæ  
suiæ naturā individuæ, qualis est  
maiestas. Sed homonymia multiplici

Bodini

N O T A E. 425  
Bodini hoc argumentum laborat nam  
quis neget, formam rei cuiuslibet unam  
esse oportere, proptereaque individuam,  
quatenus est una? sed forma quævis  
dupliciter considerari potest: primò  
quatenus totum compositum reficit,  
cui dat esse (hic enim est opus in scho-  
lis usitata usurpare formula loquendi)  
& hac ratione forma necessariò  
est una, quoniam essentia & natura  
cuiuslibet rei compositæ est una: se-  
condò forma, immo etiam ipsa essentia  
spectari potest ex iis facultatibus,  
quas plures & diversas habet, quæ ra-  
tione non est individua, & una, sed  
multiplex. Quidam Philosophi admis-  
tunt etiam in una re plures formas, eo  
ramen ordine, ut una tantum prior  
sit, cæteras autem obsequentes sub-  
iectasque habeat, ut ratio constaret  
posit unitatis. Quapropter in homi-  
ne triplicem illi formam statuunt, ve-  
getativam, sensitivam, necnon ratio-  
nalem, quæ tamen alias in obsequio &  
imperio continet, perinde ac Rex ali-  
quis subjectos omnes, quibus domina-  
tur. Ut ræque opinio suos habet Au-  
tores, qui cas tuentur: prior tamen plu-  
res haber, atque posteriores, quo sit, ut  
magis sit in scholis recepta; sed hæc an  
illa sit verior, ad rem nostram nil facit,

D 5 quia

quia cum necessariò concedenda sint,  
si non multiplices formæ in quavis re  
composita, ac certè multiplices vices  
arque facultates, dubitari non potest,  
quin ejusdem rei natura & forma ita  
sit una, ut in plura ramen officia, vel  
partes seceri dividique possit: ita et  
iam maiestas ipsa, sic quamvis una,  
nihilominus complectitur varia po-  
testates, vel in ferendis legibus, vel in  
creandis Magistratibus, vel in bello in-  
dicendo, vel in pace facienda: sed o-  
mnes enumerando persequi nihil at-  
inet in praesens, satis est ostendere plures,  
& non unam esse, ad errorem Bodini  
coarguendum, qui homonymia de-  
ceptus studet alios decipere. Aucto-  
rates vero jurispritorum nihil ipsum  
juvant, quoniam loquuntur ipsi de-  
tora Imperii Majestate, que quatenus  
est ejusmodi, id est absoluta, & summa,  
nulli tribuenda est parti reipublicæ se-  
paratim, sed toti universæ reipublicæ  
corpori conjunctim, quâ ratione planè  
est una, & individua, ut diximus. Que-  
verò stabilitatem ratio in iuris subiectio-  
nem, quia nullo iuramento firmo fun-  
damento, corvunt. Non enim tota  
maiestas omnibus tribuitur, nec qua-  
tenus est, quod unum plus aut minus  
recipit: plures carmen eius partes, aut

pau-

N O T A F. 427  
pauciores communicari poslunt, vel  
pluribus, vel paucioribus, vel uni et-  
iam tantum, prout exigit ratio, & na-  
tura reipublicæ mista, quæ tota pender-  
à legibus in ea constitutis, quæ ex or-  
dinum mutuo cōsensiū in dies sanciun-  
tur. Postquam hac scriperam, liber  
pervenit in manus meas satis longus  
Henrici Arnisei, in quo de republica  
agitur. Is licet lib. secundo cap. 6.  
ubi fusè admodum disputat de mistio-  
ne reipublicæ, ab opinione Bodini o-  
mnino dissentiat, eiisque rationes  
precipiæ infirmare conetur: nihilom-  
inus placitum illud firmat, ac tue-  
tur, quod superius à nobis confutatum  
est, cum probavimus apertis verisque  
rationibus, à propria formâ, quam  
consequitur, diversam non esse reipu-  
blicæ, si ea propendeat in vitium, ad-  
ministrationem. Afferit hic Auctor eius-  
modi ratione porosissimum; si æstiman-  
da esset reipublicæ forma ex admini-  
stratione, fore, ut nulla inveniretur  
simplex respublika popularis, nullum  
que regnum, quod esset pura Monar-  
chia: propterea quod multa instituta  
Aristocratica reperiuntur in quavis po-  
pulari republ., multa quoque usurpari  
solent in omni Monarchia, quando rex  
non modo arcana consilia, sed etiam  
hono-

4:8 IN DONAT. IANNOT.  
honores & dignitates cum subiectis  
communicat. Hic Romanorum Im-  
peratorum multa exempla profert,  
quos ait Aristocratiā misericordiam Imper-  
io habuisse , quod bonam partem  
Imperi Senatui indulserent. Sed ex-  
cedit docto viro eorum memoria,  
qua argumentando objecit Bodinus,  
non semel confundi ab eo potesta-  
rem propriam, & precariam , si multa  
Imperatores Romani permiscebant  
Senatui. Si modò Galliae , & Hispanie  
Reges permiscent suis Ducibus , quos  
cum Imperio præsident Provincias aut  
Regnū : certè proprio nomine ut ad-  
ministrent , nunquam eis permisuntur,  
alioquin à se abdicarent summam po-  
testatem. Quam igitur conseruant in  
subiectos , ea precaria est , si spectemus  
subjectos , quibus ea imperatur ; si  
autem summos ipsos Principes , hac  
ipsorum est propria ; cui quidem po-  
testati accidere potest , vel ex decreto  
certaque voluntate principum : vel  
etiam eorum ob indulgentiam ni-  
miam , & facilitatem ; vel tandem quod  
extorqueatur per vim ab invitis , ut  
pluribus , aut fortè uni ex primaris ac  
Ducibus Imperii , plures maximæque  
partes committantur. Ex his omni-  
bus manifestissimè constat , Bodinum  
falli;

N O T A E. 4:9  
falli , formarumque missionem in re-  
bus publicis negari non posse , quod  
doctissimi viris summisque Philolo-  
phis ex omnium seculorum memoria  
probatum est. Reliquum modò est ,  
expendere celebrem sententiam erudi-  
tissimi viri Casparis Contareni , qui  
temperatam Veneta reipublice for-  
matum statuit ex Regno , Aristocracia ,  
& Populari statu , in quā deinde fre-  
quentes pedibus ierunt , quicunque  
de rebus Venetis sermonem habue-  
runt. Adversus hanc sententiam Bo-  
dini rationes magnam partem in su-  
perioribus confutatae sunt : supersunt  
aliqua tamen ab eodem objecta ; mol-  
li , quod ajunt , brachio refellenda.  
Nam quod probare contendit , & plu-  
ribus disserit , Veneto Principi Imperii  
summam jus nullum esse , sed Imperii  
duntaxat speciem quandam apparen-  
tem ; huic sententiæ nil officit , immò  
suffragatur , cum longè aliter ac Bodin-  
nus censet , sit ratiocinandum. Nam  
si Venetus Princeps summam haberet  
potestatem , simplex gubernationis  
forma esset Veneta reipublica. Cum  
verò statuamus ipsam temperatam ,  
nihil est opus , Regiam potestatem in-  
tegram persistere. Satis est enim , ut  
quadam enus insit intra certum mo-  
dam ,

430 IN DONAT. IANNO. 431  
dum, quemadmodum rebus omnibus  
evenit, quæ inter se miscentur. Non  
enim re ipsâ, sive actu, ut schola lo-  
quuntur, sed vi duntaxat, & facultate  
formæ mistæ permanent, idque ad  
temperamentum perfectum, si quid  
aliud, requiritur. Fieri etiam potest,  
quoniam id perspè accidit, ut quodam  
tempore intendatur unius forma-  
vis, quæ inter cæteras interim pluri-  
mum eminet, principem locum con-  
cedat alteri; hac autem, sed paulatinum  
remitens procedente tempore, ubi  
suam vicem obierit, elanguefacit paula-  
tim, & alia succedat deinceps, & pri-  
mas obtineat. Quod quidem cernitur  
in cunctorum animalium genere, sed  
in hominibus ipsis præcipue, qui  
pro variis actibus, & fortuna casibus  
temperamentum corporis, & more  
animi commutant: nequé tamen pro-  
pterea mutatio isthac efficit, ut plures  
homines dicantur esse pro variis acti-  
bus. Non igitur quæcumque mutatio  
intervenit, subito res perit: labefactari  
penitus debet, antequam intercidat.  
Bodinus tamen censet, diversam rem-  
publicam effici, quoctiescumque aliqua  
mutatio in eadem contigit. Sed hac  
hominis oscitania est, temerè potius  
ex ingenio atque sensu proprio, quam

N O T A E. ex ullius Philosophiæ certâ regulâ di-  
sputantis, neque ipsi, neque alteri cui-  
piam probare erit integrum, mutacio-  
nem tam vehementem, & gravem ul-  
lam extitisse, quæ omnino everterit  
statum Venetæ reipublicæ: nobis au-  
tem hoc facile ostendere licet, quic-  
quid in ratione gerendæ reipublicæ  
immutatum est, pro temporum & re-  
rum circumstantium variis conditio-  
nibus, id formam reipublicæ instans  
nunquam sustulisse, quæ à suis pri-  
mordiis ad hæc usque tempora una &  
eadem persistit; tamen si temperamen-  
tum illius eam viciissitudinem subiit,  
qua cunctis rebus humanis soler esse  
communis, ut non semper eodem  
modo se habeant ea, quæ mutationem  
perficiunt; sed quandoque incitentur,  
quandoque remittantur, modò pa-  
rentis aut concedentis speciem quan-  
dam præbeant, modò eminentis per-  
multum, atque dominantis. Pervul-  
gata sunt ea, quæ scriptores egregii de  
Romanæ reipublicæ actibus prodi-  
dere memorie: suas etiam habuit acta-  
tes Venera res publica, quas contem-  
plari licet in priscis annalibus, infan-  
tiâ, pueritiam, adolescentiam, ju-  
ventutem, & virilem ætatem, in qui-  
bus paucorum, multorum, & unius  
pote-

432 IN DONAT. IANNOT.  
petestati, nunc plura, nunc pauciora  
permisla sunt, prout usus atque reipubl.  
tempora forebant: idem tamen per-  
mansit status reipublice, propere  
quod, et si leviter nonnunquam im-  
mutatum, nunquam tamen solutum,  
atque sublatum est penitus id tem-  
peramentum, quod ab ortu sui initio  
primum est fortita ex illo triplici ge-  
nere, quod superius diximus: sed o-  
pera pretium fuerit exercites distingue-  
re, & singulas ponderibus suis probè  
examinare, ut obstruantur os maligni,  
aque improbis. Quod tempus prima  
continet incunabula Venetæ reipubl.  
& respondere videtur quodammodo  
infantia, hoc habet annos LXI. aut  
paullò plus supra ducentos, quietu-  
xerunt nimurum ab urbe condita, us-  
que ad optionem & creationem primi  
Ducis, que contigilis traditur an-  
no à Christo nato DCCXVII. sive, ut  
Bodinus, & alii nonnulli malunt,  
DCCV. cum à nobis fuerit innotis  
Iannotium satis superque probatum,  
fabellas plusquam aniles commen-  
illa esse, que de primis Veneta urbæ  
fundamentis memoriaz sunt prodia,  
decreto publico à Consulibus Patav-  
nis jactis: his consequens est, nullam  
consularem administrationem prin-  
cipio

N O T A E. 433  
cipio extitisse, sed Tribunis initio regi-  
men commissum, qui Magistratus pri-  
mous in republ. fuit: & qui contra sen-  
tire scribunt, ut aliquam, si possent,  
Veneta libertati notam inurant, pau-  
lò post veritate coacti fatentur, tem-  
poribus illis nullam omnino inveniri  
inter Magistratus, qui civitates rege-  
rent, confulum mentionem. Bodinus  
verò existimat ad hoc usque tempus,  
quot insulae habitarentur in æstuariis,  
tot numero fuisse distinctas reipubl.  
Veruntamen neque Bodinus ipse, ne-  
que quispiam aliis ex monumentis hi-  
storiarum probare unquam poterit,  
singulis insulis jura propria majestatis,  
sociorum jure atque imperio, fuisse  
distincta, hoc est, Tribunum quem-  
libet in suâ insulâ de rebus publicis de-  
cernendi potestatem habuisse. Nam  
certò constat, complures insulas exti-  
tisse, qua finitimis attributa erant,  
clarioris nominis, quas duodecim  
omnino fuisse memorant annales, que  
tandem redacta fuerint ad septem,  
quot perhibentur certis antisitum fe-  
dibus insignitæ. Episcopales autem  
sedes istæ memorantur Gradus Pa-  
triarcharum Aquileiensium verus do-  
micilium, quod reliktæ metu Longobar-  
dorum proorsus Aquileiæ Paulinus Pa-

Ee triar-

triarcha se recepit cum omni sacrâ suppellecâ: qui vero successerunt eidem Probinus, Heliasque, non modò semper eâ in insula commorati sunt, sed etiam perierunt, az obtinuerunt à summo Pontifice, ut deinceps Ecclesia Gradensis esset metropolis omnium. Capræ vero ab Ioanne Episcopo Cœcordiz occupatae sunt: Torcellumque cum proximis insulis ab Episcopo Altinate: Metamœcum, Philistina, & Clodia à Patavino Episcopo: Opterigo quoq[ue] capito à Rothari Rege cives quidem de nomine Heraclii Imperatoris oppidum Heracleam: agrestes autem homines Equilibrium construxerunt, quæ proprios etiam Episcopos singula habuerunt: in Olivola tandem insulâ, quæ postea dicta fuit Castellum, novissimus Episcopus constitutus est, qui tandem abolito nomine Patriarchæ Gradensis, successit in Patriarchæ Venetiarum nomen. Præcipuis igitur illi insulis qui præsidebant, hi nominantur Tribuni majores in Annalibus; qui verò in minoribus insulis jus dicebant, quæ continebantur inib[us] & jurisdictione majorum, illi Tribuni minores appellantur. Utrum verò Tribuni tantum majores, aut etiam minores, quotiescumque de rebus

bus publicis consultatio fieret, in concilium convenerint Heracleæ indici folium, neque negare, neque temerè affirmare possum: sed conjectura certissima, & ratio nobis persuadet, non solum tribunis omnibus, uniusque generis, sed etiam Tribunitiis viris, hoc est, Magistratu eo fundatis, ceterisque honestioribus civibus adiutis ad concilium illud patuisse: immò verò hoc ipsum Andreas Dandulus exprimeret videtur iis verbis; *Interea Venetia marinitalis Regio propter bellicas clades populi autæ, in qualibet insula Tribuni annuales constituit, qui incolumis fuitiam exhiberent, facta vero Communis tangentia, ab omnibus comprovinci aliis congregatis determinari consuetum erat.* Comitis verò solemnibus quinam præsiderent, & quinam jus haberent cogendi concilii, an magister militum, quem pariter legimus ante Duces creatum, an unus, an plures Tribuni, an per cives, an simul, incomptum est nobis, temporum injuria. Veruissima namque civitati nostræ monumenta nihil aliud, quam *Li Tribuni rendevano rasù ciaschedun nella sua isola*, nelle cose del governo doperavano il consiglio di tutti: ma se la cosa era d'importanza chiamavano l'adunatione

436 IN DONAT. IANNOT.  
natione di tutte le Isole: id est, Tribuni;  
singuli in suis insulis ius dicebant, in illis  
que ad regimen pertinent, communis  
conclio uebantur: at si res esset magni  
momenti, insularum concilium conve-  
cabant. Quod si tota vivendi ratio a  
legibus penderet, quemadmodum fa-  
pientissimorum virorum judicio con-  
stitutum est; cum ex epistola Cassio-  
dori constet ad Tribunos maritimorum  
communiter scripta, quicunque  
incolebant asturia eo tempore, illi-  
dem prorsus instituitur atque legibus  
usos, qua forent pauperibus ac divi-  
tibus juxta communis ex aequo, quia  
una, eademque respubl. tunc fuerit,  
dubitare non licet, accedente praefec-  
tim imperii conjunctione, quam Boethius  
ipse in methodo Historiarum affir-  
matur probat, ut quamvis plures exstant  
civitates, quod tamen continetur  
eodem imperio, properet non plures,  
sed eandem constituant rem publicam.  
Veruntamen ad conflandam rempu-  
blicam minimè requiritur, ut unusille  
perpetuū praest ad conventus haben-  
dos: satis est enim, ut plures hoc pe-  
rives praefent. Sed concedamus Boethio,  
quod sicuti nunquam fuit, ita nun-  
quam probare poterit, suum fuisse pro-  
prium imperium cuiusque insulae ab

aliis

N O T A E. 437  
aliis diversum: certè una ex iis Rivus-  
altus sufficiet cunctate ad rem publ.  
unam statuendam: concesserunt enim  
coeteræ paulatim omnes in ejusdem  
jura procedente tempore; quo sit, ut  
meriti prima origo urbis reperatur  
non à Grado, Heraclea, Metamauco,  
vel Torcello conditâ; sed ab ipsâ Rivo-  
alto, qua antiquitate, sic etiam ma-  
jestate prælatæ universis insulis, eva-  
dit domicilium maximi & supremi im-  
periî. Vnde Tribuni ductum sit no-  
men, nihil ad nos pertinet, quamvis  
non me lateat, non decessit, qui à tri-  
buto ductum oblitatè contendit, ut  
Venetorum libertati notam aliquam  
inferant: quasi vero nullum fuerit in  
Româna republicâ Tribunorum no-  
men post exactos Reges; & post orientis  
atq; occidentis divisum Imperium,  
ex pluribus, quæ supersunt, monu-  
mentis non sit in comperto, Tribunos  
appellatos, quibus aliquid munus ob-  
eundum non modo publicum, sed pri-  
vatum tributum esset: Venetos verò  
tribunos, & ab insulanis ipsis creatos,  
atque adeo institutos, ut singulis in-  
sulis ius dicentes; & neminem prorsus  
superiore cognovisse præter Ducem,  
& magistrum militum, postquam crea-  
ti capiti sunt, adeò clarum & certum  
est,

E e 3

438 IN DONAT. IANNOT.  
est, ut à nomine in dubium vocari possit. Fueré quidam Veneto nomini cum primis infeli, qui levissimā conjecturā, immo nulla ducti, nescio quem Magistratum commenti sunt, qui nomine vel Imperatoris, vel cuiuspiam Regis stagnis præsideret. Commento huic fidem ex eo facere conatur, quod Tribunis Maritimorum, & non Venetiarum epistolam quandam suam Cassiodorus scripsit, quæ xxiv. effostremi libri variarum. Sed quis non vider, & si hanc epistolam obterpercurret, non advenas, sed indigenas hos tribunos existere, & æquo jure viventes cum ceteris incolis? Permutata hoc indicant, sed hæc ipsa verba præcipue. Per hospitia quodammodo discutitur, qui per patriam navigia carina vestre fluctus efferos non paucant. Iuvat referre, quemadmodum habitationes vestri stas esse pessimas. Ante vestre omnia fluctus addida est. Cur autem scripta fuerit haec epistola Tribunis Maritimorum & non Venerorum, illud in causâ fuit, quæ alibi monuimus, hoc Venetiarum nomen non tantum Cassiodori ætate, sed multis etiam post seculis toti Venezia regioni, non autem his asturis proprium extitisse. Frustra se torquent

plus

N O T A E. 439  
placimi in his Cassiodori verbis, Venetiae predicabiles quondam plenè nobilibus. Nam quidam exemerunt vocem illani quondam: alii vero fatentur ingenuè, se non facis aßequi, quid sibi velit ejusmodi Cassiodori verbum, aut Nobiles tunc omnes, derelictis insulis, ad fedes quemque suas reversos fuisse suspicantur; quod tamen alienum est à veritate, propterea quod ex hac ipsâ epistola Cassiodori pater, divites atque, ac pauperes stagna tunc incoluisse. De Venetia igitur regionis conciente accipienda sunt verba illa Cassiodori, quæ diximus, cujus duos modi fines, ad Ortum atque Austrum, alias duobus omib[us], propterea commemorat, quod occuparent illos, qui ad mare conseruent, maritimorum nomine ab ipso nuncupati. Exhausierant autem Barbarorum rapina & inencia provincia Veneta ferè totam nobilitatem, quæ plura detrimenta subiit atque mala, quod promptius obtulit se discrimiti, atque dimicacioni: quapropter tot passim stragibus populorum editis, maximisque urbibus vel solo æquatis, vel direptis hiujus provinciæ, quæ prima occurrit Italie invadenti Italiæ nobilitas, redacta fuerunt ad internectionem, quæ causâ

E 4 scri

scribendi Cassiodoro fuit, Venetias quondam nobilibus plenas extitile, hoc est, Venetani Provinciam stagnis adjacentem. Nam stagna tunc Venetiarum nomine insignita non erant, ex quibus vel infusca, vel malaitia illorum arguitur, qui ad insulas, & stagna pravè ac perperam trahunt, quecumque de Venetis, aut Venetis Cassiodorus, & alii memorant. Canonicius Venetiarum, ad quem illi scribit, videatur Magistratus aliquis fuisse, qui canonem exigenter, hoc est, vestigial aut tributum. Vox enim Graeca, ut regulam sive normam notat, ita etiam postremis imperii temporibus usurpari cepit pro certo ad determinato generere tributi, quod à singulis, & provinciis, vel gentibus persolvendum esset. Sed fugit improbos homines ratio, qui mentiti sunt, in astutis Canonicariis ejusmodi communi solitum. Nam preterquam quod Cassiodori ætati imperii adscribunt, quod multorum seculorum postea intervallo contigit, homines acutissimi minime videntur perficiendis mandatis Regis, aut Praefecti Praetorio, paludes has opportunam sedem minime fuisse: nisi forte Veronensis vini copiam comparet, & provinciaz agros à Barbaris vasta-

vastatos inspicere, ne pro iis vestigial ullum exigetur ab incolis, aliaque ejusmodi Canonicario Venetiarum justa epistola 4, & 7. lib. 12. Variarum, licebat melius, ac facilius exequi in paudibus, & stagnis agenti, quam in continente. Sicut etiam ineptissime, aut potius, ut fucum faciant, malignè ad insulas decorquent, que Venetiora maritima, & de iis qui maritimam oram incolerent, scriperunt Historici. Quod autem epistola xvi. Cassiodorus admonet de tributario a se promptè persolvendo, primò quidem scripta est epistola illa tantum Canonicario, non autem Canonicario Venetiarum, ut alioz: arque ita cuiusdam si ille, non satis liquet: deinde in astutiorum incolas nequaquam transferri potest: siquidem jurisconsulti omnes nullum propè agnoscunt, quod magistratis tam proprium sit, quam vestigial falsi, nullum eriam, quod magis imminuat jura privatorum: quapropter impositorum vestigialium à regibus licet immunitas Romano populo data esset per legem latam à tribuno plebis, Livius tamen censor obtinuit non invito populo, ut salinarium vestigial unum exciperetur, quod Bodinus etiam commendavit memoriae.

Si cui tributo igitur Insulanis eo tempore, huic salinario certe obnoxii maxime fuissent, cum praesertim fortunatus eorum cunctas in salinis confitearent, Cassiodoro teste. Atqui exodem Auctore manifestò confit, verisgal tam opportunum, tamque iustum ab Insulanis nullum perfolatum fuisse; qui fieri ergo potuit, ut alia perfolata fuerint, quae perfolvere neque commodum, neque integrum erat? Siquis tamē urgeat, pro fundis in continente possitis eorum dominos, quanvis in stagna demigrascent, consuevisse tributu nomine aliiquid exsolvere; hoc ut inficias temere non iverim, ita prouidetur nūbil officere libertati portus, quae in aestuariis paulatim tunc adolecebant. At enim tribunis mandat Praefectus Praetorio, ut triticū, vinū, oleum, atque id genus alia, quae Histria populis ab eodem imperata fuerunt, na regione Ravennam suis navigis convehant. Sed qui rerum humanarum notitia & peritia valer, magnonum Principium cognoscit eum morem est, ut minoribus imperent, quam pro sua potestate, tametsi neque ipsorum, neque ullius imperio subjectis. Plena sunt universa histrioꝝ ejusmodi exempla, quorum similia etas habet quoque no-

fla.

stra. Quid igitur novum foret atque mirum, si regis Gotthorum nomine praefectus Praetorio mandasset, aut precepisset elatus hominibus liberis, sed quorum opes tenues admodum imbecillaque essent? Veruntamen ipsa verba, quae Cassiodorus usurpat, nihil elatum sapiunt, nihil arrogans. Qui vero imperandi verba illa, *Providete, Estote, Reficie*, trahunt ad Dominacum, vel imperiatim suam produnt, quod ne- sciant latinē; vel certe malignitatem, quod rem certam dissimulent. Quid enim crebris in omni scriptorum generere, quam jubendi ejusmodi voces formulaque incurruunt, minoribus aquaque ac paribus, majoribusque usitatæ, vel in salute dicenda, vel dum aliud velint *Vale, Veni, Scribe, Mitter, &c.* Sed urgent, Insulanis Histros exæquatores, propterea que subiectorum numero recentiores, quod Cassiodorus initio epistola ira scribat; Sed vos, qui numerosa navigia in ejus confinio possideatis, pari devotione gratia providete, ut quod Histria parata est tradere, vos fluideatū sub celerritate portare. Ceterum quid sibi velit nomen devotionis, postquam corrupta est integritas latini sermonis, ne bajuli quidem modò ignorant, & agasones; nam famulos cuiuslibet

144 IN DONAT. IANNOT.  
libet *devotissimis* cùm in litteris, tum  
in sermone quotidiano omnes profi-  
tentur, ut in nostrâ Italici lingua, que  
latina est corrupta, nihil aliud signifi-  
cat nomen devotionis, quam studium  
illud vehementis in aliquem hominem,  
cujuscunque ille sit generis, aut gradus,  
quo si res ita ferat, caput devovere pro  
salute, vel honore ipsius parati sumus.  
Non igitur servitutis, vel obsequii ac  
officii paret eis index vox devotionis,  
nō modò his nostris temporibus, quod  
est exploratum, sed etiam Cassiodori,  
qui ea scripsit ætate. Nam quo anno  
Eucharicus Regis Theodorici generis  
autem fuit à Christo nato D xiv, con-  
sularum invit, atque inter aliamune,  
ra amphitheatralia, venationes etiam  
diversi generis ferarum in circodidic  
his de rebus ita ille scripsit in suo cha-  
rico; *Cuius specie acuī voluntates non*  
*exquisitas Aphrica sub devotione trax-*  
*misi.* Quis autem affirmare ausus  
temporibus Aphricam Regis Gotho-  
rum imperio parvissim? Sed incolamus  
Romano Imperio in Occidente non  
tantum in formâ publicæ administra-  
tionis, sed etiam in tota ratione, tum  
vistâ, tum cultûs, quam forma quo-  
que sermonis diversa consecuta est, ap-  
paret, insignem admodum mutabili-

BEN

N O T A E. 445  
nem factam, ut domini, ac famuli vo-  
cabula, atque alia similia, Romanis au-  
ribus quondam ingratia, immò intole-  
randa, tunc immutata conditione tem-  
porum passim audirentur, ut versaren-  
tur in ore cunctorum frequenter, ad  
studium propensamque voluntatem  
testandam erga aliquem, quamvis æ-  
qualem, aut etiam inferioriem dignita-  
te. Quapropter ex ejusmodi formulis  
loquendi, quibus etiam hæc nostra æ-  
tas in præfonia utitur, per Barbaro-  
rum convictum in usum inductis, nul-  
lum, vel leue argumentum defumi po-  
test ad libertatem eorum convelle-  
dam, quos nullius Principis iussis un-  
quam obtemperasse, ex antiquitatibus  
monumentis compertum habemus.  
Gothorum totam gentem rectæ fidei  
in sensam, præcipueque Theodoricum  
Regem accepimus fuisse, qui cum in-  
fectus esset Ariana labi, Catholicos E-  
piscopos insequi ac dixerare nunquam  
desistit. Odoacer autem Rex Herulo-  
rum, qui eundem præcessit, à religione  
Christianâ fuit omnino alienus, qui  
postquam Romani imperii nomine in  
Italia deleto, Regnum in eâ forma be-  
ne satisque confirmasse sibi vitus est,  
tunc exercere tyrannidem apertam  
aggressus in Christianos, præcipueque  
in

in Episcopos graſſari cœpit. Marcellia, nus Aquileitæ Antistites, ut ejus Regis impetum declinaret, primus omnium, qui memoratur, in Gradum se recepit, anno Christi d<sup>o</sup> LXXXV, ubi (referre juvat ipſa verba Annalium) illasam fidem & puram cum suis tenuit, populo eum tutante. Idem fecisse tradunt peti- culi evitandi causa, si quod à Gothis, aut etiam à Grecis immineret, qui proxi- mi successerunt Marcelliano Episco- po, ut Gradum semper se conferrent, Aquiliciâ relictâ, quoad Albuino anno d<sup>o</sup> LXXIX irrumpente in Italiam, Venetiamque regionem primam omnium petente, Paulinus & Clerici plerique omnes Aquileiæ pretiosam fupellec- lem omnem, & sanctorum reliquias, fugientes in Gradum insulam secum asportarunt, quorum exempla stetut proceres, atque cives pér multo Albu- no advéntanti cum maximis copiis fuit vacuam incolis reliquerunt urbem, & pagos circumjectes. Primus igitur o- minium Paulinus in Grado sedem A- quileiensem certam fixit & locavit, quā deinde duodecimo post anno Pe- lagius secundus auctoritate decreto- que suo firmavit, ac sanxit, ut metro- polis esset Venetiæ atque Histria Gra- densis Ecclesia; quamobrem qui tunc erat

N O T AE. 447  
erat Aquileiensis Antistites Helias, dein- ceps appellatus est Patriarcha Graden- sis. Veruntamen ad palam luce clari- rius comprobandum, Venetos qui inha- bitarent insulas in æstuario sitas, nul- lius imperio obnoxios fuisse, præter jam dicta, evidenterissimum ac firmissi- mum occurrit hoc argumentum. Quemadmodum prius obfisterant fu- renibus Gothis, ne Catholicos Epi- scopos, quos insectabantur, interne- cioni traderent, ac de medio collerent: ita etiam Iustiniani edicto minimè pa- ruſile, Imperatoris maximi atque po- tentissimi, cum tamen ille multaret exilio & pœnis gravissimis, qui cum eo non sentirent, Antistites quoslibet, & ne Vigilio quidem ipsi parceret, Roma- no Pontifici, quem ut captivum diu Constantinopoli tenuit. Immunes, in- quis Baronius, anno d<sup>o</sup> LIII à perse- cutione illi tantum fuerunt, qui non sub istius Iustiniani degebant imperio; hinc- que accidit, ut Venetia, & ei adjacen- tiū regionum Episcopi, cum essent sub Francorum dominio, contra quintam Synodus cogerent concilium. Aquileiæ, cuius meminit Beda. Atqui bellum contra Francos à Narsete su- ceptum, postquam Gothorum vites penitus accendit, initium habuit anno

D LIII,

448 IN DONAT. IANNO. PL III, quo ipso anno Vigilius Pontifex convocato concilio de tribus capitibus concilii Calcedonensis Iustiniano tandem asensus est: consecutum vero & feliciter profigatum bellum idem fuit, à possessione talis penitus Franci deturbatis anno insequeante 314, quo etiam celebratum fuit Aquileiae concilium, quod quidem aperte non solum Imperatoris editio, sed etiam concilio Constantinopoli habito adverbatur: negat tamen Baronius & quidem merito negat, initio anni 314, ubi de hac re agit, à communione catholicā Episcopos illos recepsisse, propter quod tuebantur se Vigilli constituto seu decreto, & præterea verbantur, nequid autoritati Chalcedonensis ecumenica Synodi detraheretur: si tria capita ex illa condemnarentur. Enimvero si dissidium hoc ecclesiasticum centum ferè annos duravit, ut idem notavit, qui poterat Gradenus Antistes, princeps eorum partium, adversus Iustiniani vim Francorum operi defendi, qui nihil amplius in Italiā imperii haberunt, postquam à Nascie expulsi sunt, & quidem eodem anno. Tametsi vero Franci per paucos annos Venetiae Provinciæ quedam oppida tenerunt, nunquam tamen penetraverunt

N O T A E. 449  
runt in ipsa aestuaria, propterea quod navigatorum copiam non habebant, neque rei maritima ulam operam dabant. Expulsi vero Francis Narves quidem poterat, nihil tamen aggressus unquam constat, licet Iustiniani editum aque imperium urgeret. Pelagius vero Pontifex non cessaret adversus Paulinum Episcopum illum incitare, quemadmodum apparet ex iis litteris, quas Sigonius recitat. Quæ causa Narveti fuerit huius cessationis, an religio aliqua, quâ fuerit deterritus, ut nonnulli volunt, an voluntas propensa in stagnorum incolas, à quibus comiter exceptus, adiutusque fuerat, quando bellum Gorthis facturus in Italiae venerat, cum neutrū certò affirmare possim; in medio relinquo. Hoc sanè apparet certum arque perspicuum, si tunc fuissent in Iustiniani imperio ac ditione, quæ stagnis continebantur: oppida vel insulae, aut nō austeras refragari ipsius autoritati; aut facile incolas ad parendum potuisse redigi per eos, qui nomine Imperatoris ad gubernacula federent. Sed liberi erant, qui tunc incolebant insulas, quales nunquam non fuerunt, & licet Imperatorum ac regum qui succederunt, vel amicitiam, vel etiam fidem per-

450 IN DONAT. IANNO.

fancè colerent, non tamen Imperium ac Dominationem patiebantur, subje-  
ctorum more. Aliud porrò est amici-  
tia, societate, ac federe conjungit aliud  
Imperio contineri. Hi enim subiecto-  
rum numero censentur, & re verâ  
sunt; illi vero sunt liberi, siveque juris,  
quamvis in amicitia, & federe non  
raro contingat, ut qui est inferior, in  
eo suam fidem obstringat, ut superio-  
ris maiestatem comiter cōserveret, quod  
ex Modestino & Cicerone notavit Bo-  
dinus ipse cap. 6. sua methodi Histo-  
riarum. Fieri quoq; solet, ut qui viri  
bus multùm supereminent, domina-  
nem sibi arroget in socium, aut vi-  
nos, & finitos, cuius admodum im-  
becilles atque exigui sunt opes: sed  
utrum verbo seu titulo tantum, an re  
ipsâ id efficiat, hoc permulum refer-  
re, quis non intelligit? Non enim sâla  
ostentatione imperii, atque inanitu-  
lo, sed vi dominationis oppresa depa-  
rit libertas. Esto igitur (quod nequa-  
quam probare nonnulli student) ut Im-  
peratorum & Regum aliquis, qui sunt  
rerum in Italia potiti, ejus universa  
dominationem nomine sibi vēdicati,  
sicut eriam nonnulli rotins Italiz Re-  
ges à scutoribus vocati sunt, proprie-  
tate quod tantilla pars tantummodo pro-  
priis

N O T A E. 451

priis legibus viveret, nunquam tamen  
ipsa res apparere potuit. Nam singu-  
laris Dei benignitas efficit, ut Insula-  
nos, & loci naturâ tutos, & dum sua  
retinuerunt, à vi prorū abstinentes,  
quinnam officiis & obsequio princi-  
pes maximos prosequentes, domina-  
tione atque imperio premeret princeps  
nullus cogitaret, cum opere pretium  
vix se facturum videret, immò verò  
amisirum, si vim intentaret, quic-  
quid acciperet à volentibus obsequiis  
& officiis. Ita Gotchorum temporibus  
Cassiodoro petenti, ut ad oleum ac  
triticum, ex Histria Ravennam con-  
vehendum, mitterent navigia, nihil se  
difficiles præbuerunt. Bellisarium verò,  
& Narsesem Iustiniani Duces non so-  
lum eximiè coluerunt, sed etiam juve-  
runt, propter amicitiam vetustam, &  
fodus, quod illis cum Imperatoribus  
semper intercessit. Ex his igitur omni-  
bus manifestè appareat, Intulanos his  
primis annis sub nullius Imperium ac  
dominationem subiectos, non plures  
quidem respublicas particulares, sed  
unius tantum habuisse respubicas for-  
man, eamque adeo mistam, ut in mi-  
litum magistro, ac in tribunis singulis,  
in eorum consilio, ac denique in o-  
mnium singulorum congregacione.

452 IN DONAT. IANNOT.  
speciem quodammodo, at imaginem  
præ se ferret simplicium formarum, ex  
quibus coaleficerat, & unitus, & paucorum,  
& multorum. Reliquum modò  
est, ut de pueritia quoque nonnulla di-  
camus. A creatione primi in Heraclia  
Ducis, usque ad reipublicam sedem in  
Rivoalto firmatam, circiter centum &  
decem anni effluxerunt: doc' verò tem-  
pus puericiam mihi reipublica repre-  
sentare quodammodo videtur, cum  
quasi vacillanti gressu, & nurant pe-  
de, modò Ducibus, modò Equitum  
magistris clavum tenentibus, sensim  
pedetentimque progrederetur, ut ad  
eam tandem, quam videmus, ampli-  
tudinem & maiestatem perveniret.  
Primus itaque Dux creatus non alieno  
quidem beneficio, & concessu, ut non  
nulli perverse scribunt, sed eadem ra-  
tione & auctoritate, cunctis gentibus  
communi, quā omnes propè respubli-  
ca constitutæ sunt, quāque multis ante  
annis liberi homines, ut Barbarorum  
injurias effugerent, in astuariâ hęc au-  
spicato congregati, tribunos & milii-  
rum magistros ad benē securęque vi-  
vendum sibi præficerunt: Sicui vero  
afferunt prisci annales, quā de causa  
Dux ipse creatus; ita quemam ei fuerit  
tributa facultas, haud obscure reflan-  
tur,

N O T A E. 453  
tur. Etenim post ea verba; *Dum apud*  
*hanc insularem Venetiam gentium mul-*  
*titudine copiosa in vico quolibet habita-*  
*ret, Tribuni, & omnes Proceres, & ple-*  
*bei cum Patriarcha, & Episcopis, &*  
*cuncto clero in Heracleā hī diebus pari-*  
*ter convenierunt, ut imminentibus da-*  
*mni & periculi obviarent, & sūe pro-*  
*vincie decus, & statum proferum in*  
*melius augerent, cum itaque Tribuni*  
*majores insularum de prioritati disce-*  
*ptantes sibi ad invicem deferre vellet;*  
*Longobardi absque resistētia eorum fi-*  
*ner pluries invaserunt. Quā de re una-*  
*nimirer decreverunt Duce sibi pre-*  
*esse. Statim Dux auctoritas sequitur*  
*ex Ducario jure, & lege, quam in nota*  
*x v superius attulī, totidem forma*  
*verbis expressa; Qui scilicet, a quo mo-*  
*deramine populum sibi subjectum gubernaret, ius & potestatē haberet in pu-*  
*blicā causā, concionem advocandi, tri-*  
*bunos etiam & judices confititendi, qui*  
*in privatā causā iura tribuerent, &c.*  
*Quo sit, ut Duce non precario, sed*  
*propria vi, aque auctoritate creato,*  
*nihil omnino fuerit de pristina liberta-*  
*te immunitum; Duciis verò facultate*  
*legibus circumscripta, eadem fermè*  
*permanenter mista reipublicæ forma,*  
*qua ab ipsis incunabulis fuit consti-*  
tuta.

davit his verbis, quæ non pigebit re-  
ferre. Paulus Ravenna pulsus, sè ad Ve-  
netos Heraciam contulit, atque Vrſi  
Ducis auxilium imploravit. Hoc ubi  
Gregorius sensit, privatae injuriae publi-  
ca causa posthabendā ratus, statim  
litteras ad Vrſum eundem misit, atque  
eum, ut Paulum omni ope juvaret, hor-  
tarus est. Litteras adhuc extant in hæc  
verba conscriptæ. Gregorius Episco-  
pus servus servorum Dei, dilecto  
filio Vrſo Duci Venetorum. Quia  
peccato favente Ravennatum ci-  
vitas, que multarum caput ec-  
clesiarum est, à nefanda gente  
Longobardorum capta est, & fi-  
lius noster eximus Dominus Ex-  
archus, apud Venetas, ut cogno-  
vimus, moratur, debeat nobilitas  
tua ei adharere, & cum eo nostra  
vice pariter decertare, ut ad pri-  
stinum statum sancta reipublice,  
imperiali servitio Dominorum si-  
liorumque nostrorum, Leonis &  
Constantini magnorum Imperato-  
rū ipsa revocetur Ravennatum  
civitas, amore sancta fidei nostra.

454 IN DONAT. IANNOT.  
cita. illud tantum immutatum, quod  
Dux cùm habitu & inceilu majesta-  
tem quandam regiam p̄te se ferret,  
unusq; esset, ad quem provocatio con-  
cederetur, proprius aliquantò, quām  
olim tribuni, ad regale fastigium acce-  
dere videretur. At cū in publicis rebus  
nihil eidem ultra tributū fuerit, quām  
concionem aduocare, non est, cur non  
nulli ex hoc regum statorum induētum,  
reiisque publicat formam ab omnibus  
ad unum conversam judicent, quod si  
perius etiam in eadem nota xv fatis  
superque à nobis ostensum est; sed duo  
principiū, quæ iis temporibus accide-  
runt, clarius demonstrant, quām solle  
radii, cum sudum est, esse solent.  
Alterum evenit anno à Christo nato  
cccc xxv Vrſo III Duce: cum enim  
Paulus Italiae exarchus Heraciam con-  
fugiens, Vrſi Ducis opem aduersus Lon-  
gobardos fligitarer, veletque Dux in-  
genio serox, bellique artibus instruētus  
illuc auxilium ferre, noluit tamen Ve-  
neta concio id statuere, quod paulo  
post, Gregorio Pontifice maximo ad-  
hortante, frequentissimi concilii su-  
fragiis decretum est. Hoc scutū ex an-  
nalibus nostris euicu[m]q; est in prom-  
ptu: ita Sigenius de Rege Italie lib.3  
anno 726, etiam memorie comen-  
davit

456 IN DONAT. IANNOT.  
Locis litteris Veneti Pontificis auctoritatem fecit, Paulum summamque juvandum creverunt, ac ratione rei gerende cum eo composta classem ornarunt, sermone disjuncto, sed adversus Saracenos rogati Imperatoris contendere statuisse. His ita confititus Paulus quasi a' Veneti repulitus, aliquot contractus copiis Imaia accepit, & quasi eam urbem p' emere op' pugnazione velleret, ibi exercitum quam maximum potuit, comparavit, ac die cum Veneatis complicita, castri inde Ravennam versus motis, urbem a terra repente invasit. Pridie vero Veneti, cum simulata in Orientem navigatione eveleti portu effent, nondum ortu sole in ancoris steterunt, atque eadem propria, qua Paulus hora, classe ad littus aperte, navalem urbi milites ad moverant. Ad rancium tumultum exciti Hildebrandus & Peredeus, ornes qui ferre arma possebat, ad mania properare, ea que præsentibus animis corporibus, utari jussiunt. Cum omnes hand aister, ac iussi erant, impigre fortiter quo fecerint, hand agre hostes clara in luce scutis appositi manuia scandere contenteres sustinuerunt. Dum ad muros pugnatur, Veneti porta, que ad mare vergebatur, effracta urbem intrarunt. Quare animadversa Duces cum valido armorum

N O T A E. 457  
torum globo se objecerunt, ac prælatum atrocissimum commiserunt: quod cum per aliquod horarum spatiū fricter sustinuerint, tandem superveniente cum terrestribus copiis Paulus circumventi acie excecesserunt. Peredeus fugiens in Pineto occisus; Hildebrandus virus in manu Venetorum pervenit. Recepta urbe Paulus sedem & prefectoriam suam inivit. Veneti opera egregie navata domum redierunt. Ex his præter Venetorum vires atque virtutem, aperatum & manifestum est non modò, quod diximus, Venetos ipsos, non Virum. Duxem de Paulo summā ope juvando decretum fecisse: verum etiam id, non ut Imperatori subiectos, quod perversti & malevoli homines pugnare audent, Exarchi iussi; sed uti liberos suique juris Christi fideli, Pontificis maximi suau, & amore sancta fidei nostre: immò cum voces in vulgus spargerent, se contra Saracenos navigationem dirigere, id non iussi, sed rogatu Imperatoris dixisse. Quam modò vellem præfractam frontē, & os impudentissimū eorum inspicere, qui Venetam rem publicam temporis subiectam prædicare ausi sunt. Alterum verò, quod evenisse superius diximus; paucis post annis contigit: cù scilicet Virsus ipse Dux, ingenti

Ff' 5 vir-

458 IN DONAT. IANNOT.  
virtute, justaque gloriâ plenus, atque  
elatiori animo, quâm moderato rei  
publice Duci conveniret, Heracleæque  
patræ plus æquo addicetus, inconfusil,  
immo invito populo bellum adversus  
Equilianos produceret, & milium  
delectum haberet. Id enim cum legi  
bus adversari, plurimumque libertatis  
officere, aut injuria visum esset, à fu  
renti populo interemptus est, quod in  
annalibus memorie proditum his ver  
bis: *Ma volendo il Dofe col suo Cap  
glio per èverare nella detta guerra con  
tra la volontà del Popolo effendo in  
piaggia à soldar gente, il popolo si mise  
con furia, è lamaçò: onde i tribuni  
per fuggire tal furia andorno à Malamocco;* id est, *Cum Dux cum suo con  
cilio bellum invito populo producere vul  
ter, efforque in platea milites consi  
pturus, populus impetu fâcio iun  
truit, atque interfecit; quo factum ib  
ut Tribuni ad impetum fugendum Ma  
lamaucum se reciperent.* Hinc præ  
libertatis studium Venetorum adm  
innatum, cuius causâ fortissimum Du  
cem, & rebus gellis clarissimum occi  
sione occiderunt, illud etiam animad  
versione dignum, Tribunos à primi  
Ducibus in concilium adhiberi solitos  
Ducisque concilium appellari; nullam

FAMA

N O T A E. 459  
tamen iis tributam facultatem belli in  
ferendi, aut faciendi federis aut pacis  
conflicienda, sed concioni reserva  
tam. Dicus vero patratâ cede, cum  
perpetua reipublicæ præses majores  
sibi spiritus sumere videtur, quâm  
par esset, rei que publica conduceret,  
annuum Magistratum creare libuit,  
qui præsideret, magistrumque mili  
tum appellari: quod sicuti Insulano  
rum auctoritatem ostendit, præficien  
di sibi pro arbitrio, quemcumque Ma  
gistratum vellent; ita reipublicæ for  
mam ex tribus illi simplicibus tempe  
ratam nihil immuravit. Id enim ma  
gistro militum permissum, quod  
Duci concessum fuerat. Nec tamen  
diu annua potestas præfuit, quatuor  
post annis ad Ducem iterum crea  
dum ventum est, cumque Duces ite  
rum nimium sibi arrogarent, dimi  
nuta eorum facultas à concione, duo  
que Tribuni ad causas administrandas  
adjuncti: nonnullisque Ducibus con  
cessum à populo, ut filios aut frates  
sibi socios atque collegas adjungerent.  
Nihil tamen magni ponderis atque  
momenti sine concionis decreto à Du  
cibus atque à tribunis statutum est:  
immo verò cum Carolo Magno, ad  
versus Desiderium Longobardorum  
Regem

460 IN DONAT. IANNOT.  
 Regem pro Romana Ecclesia bellum gerenti, auxilium ferre vellent, rem in Tribunorum concilio diu multumque agitataam, ad populi concessionem denique relatam, & constitutam fuisse. Annales testantur: cumque Olivolensis Episcopi creandi jus, pro rebus p[ro]p[ri]is clarè gessis, à Romano Pontifice paulo post imperia[rum] Veneti, Clero ac Pe[so]pulo ad concilium convocato, Obelerium crearunt, qui à Duce, pro suo Ducali jure, investitus, à Patriarcha confutationem accepit. Carolus verò cum Nicēphoro Orientali Imperatore sedu[er]cūtientis, Venetorum libertatem nullā ex parte imminutā voluit, quod Sigonius ipse restatum reliquit de Regno Italie lib. iv. anno 402. quem ob id sibi auctorem laudo, quod ab his etiā, qui sunt Veneto nomini plurimum intensi, plurimum ei tribui, nec immerito animadverti. Nicēphorus inquit, Imperio inito, rebus pariter enducere sibi arbitratu, faciem cum Carolo habere, legatos ad Carolum, ad Saliam amnera castra habentem, defiendo federe misit. Eos Carolus benignè solum exceptit, sed etiam fidem isto cum litteris domum remisit: in u federe illud nominatim exp[re]sum, in Veneri inter utrumq[ue] imperium positi libe

liberi atque immunes, & ab usruque securi vivent, & sine molestia res suas in regno Italico possiderent. Quod certe deberet malignis ac improbis impurum & ferreum os penitus obstruere, dum Imperatoribus hisce subjectam Venetam rem publicam fuisse contendunt. At Veneti post bellum Gallicum, de quo in nota xii satis dictum est, Imperii sedem Rivum-altum transulerunt, Angelo Patriciaco Duce; hujus donationem Ioanni cuidam abbati sancti servuli factam vidimus, in quā Venetorum procerum, & populi nomen, prater Ducem, & filium collegam diserte leguntur; nihil enim magni momenti sine populi, seu concessionis alieni fieri, notissimum est lippis, ut ajunt, atque tonoribus. Quod si ut Bodinus ipse lib. i. cap. 8. docet, in eo Principis maiestas elucet, cum populi tribu & ordines humili habitu ad Principem rogationes ferunt, nec ullam imperandi, prohibendive, nec suffragiorum potestatem habent: sed Princeps arbitrio suo, ac voluntate omnia moderatur, & quacunque decrevit, & iustit, ea legum vim habent; non video, cur ipse lib. 6. cap. 4. Venetorum Ducis principatum ante Sebastianum Zianum puram monarchiam vocaverit; cum

462 IN DONAT. IANNO R.  
cum Venetus populus suffragiorum  
potestatem semper habuerit, arque  
imperandi, & prohibendi facultatem,  
Ducesq; concionem convocare, & ad  
eam referre deberent; tantumque ab-  
suit, ut omnia suo arbitrio & volun-  
tate moderantur, ut nihil feret sine  
suo concilio, nihil magni ponderis sine  
concione itauerint: leges vero non  
quam nisi à concione sancte fuerint;  
quod sicutius in reipub. puerita,  
sic deinceps in adolescentia, obtigilis  
demonstrandum est. Adolescentiam  
veri appellamus intervallum illud  
ccclii annorum, quod inter Ango-  
lum Particiacum Ducem, & Sebafia-  
num Zianum interjectum est; quo  
tempore aliquantò major auctoritas  
Ducibus tributa, nunquam tamen  
ejusmodi, ut regiam planè potestatem  
sibi arrogarent: immò vero si aliquan-  
do quicquam sibi afflimerent, quod  
publica libertati obesse videtur, & in  
suspicionem inciderent apperendi ro-  
gari, aut oculis capti, aut in sacra cano-  
bia detrusi, aut vitâ privata affectataz  
tyrannidis penas lucte cogebantur.  
Equividat mirari non possum quid  
iis in mentem venerit, qui scripserunt  
Duces Venetos ante Sebastianum Za-  
num regalem auctoritatem habuiss.

Legi

N O T A E. 463  
Leges enim his temporibus non à Du-  
ce tantum, sed à proceribus atque po-  
pulo constituebantur, quarum unam  
aut alteram exempli causa referre non  
pigebit, in quibus etiam præsca Vene-  
torum pietas eluceat. Anno à Christo  
nato DCCCLXIV. cum mercatores Ve-  
neti, ut verbis utar annalium, lucri  
cupidi à piratis mancipia compararent,  
& transferentes de eis commercium  
ficerent, huic manifesto facinori Duces  
obviav eunt, una cum Clero & po-  
pulo Venetiarum piè decreverunt, ne  
quis de mancipiis commercium faciat,  
imponentes graves penas. Anno vero  
xxii Petri Candiani Ducis, qui CMLIX  
creatus est, Dux ipse cum Vitale Pa-  
triarcha filio suo Marino Episcopo Ol-  
viensi, & ceteris Episcopis, Clero, &  
populo Venetie, zelo fidei Catholice,  
cupientes etiam Imperatoribus Con-  
stantinopolitanis gratum facere, qui ad  
recuperandam terram sanctam operam  
dare proposuerant, piè statuerunt, ne  
quis subditus, vel fidelis Venetie audeat,  
vel presumat mittere, vel differre ad  
terras seu loca Saracenorum arma,  
ferrum, lignamina, vel alia, cum quibus  
posset impugnare Christianos, vel ab  
eis se defendere, sub pena centum libra-  
rum auri, Duci vel successoribus appli-  
candas

464 IN DONAT. IANNONI  
canda; & si contra facientes non ha-  
berent, unde filuerent, capitalem scire  
debeat sententiam. Quia vero ad hel-  
lum spectabant, si celeritate opus esset,  
& res dilata perniciem afferre vide-  
tur, à Duce tantum atque Tribunis,  
quos Ducis concilium appellant, con-  
stituebantur: si de bello inferendo, de  
pace confienda, aut de fertendo fa-  
dere decernendum esset, Dux re cum  
Tribunis diligenter excusâ, ad con-  
cionem referebat, qua pro animi ar-  
bitrio suffragia fereret, & quacunque  
vellet, statuebat. Quo factum est, ut  
cum Narentari, Petro Tradonico Du-  
ce, Venerorum finibus ignem & de-  
populationem inferrent, Dux ut re-  
ferunt Annales, cum suo concilio multas  
naves instruere & armare decrevit,  
quibus Ioannes filius prefectus fuit, &  
victoriam habuit: cum vero Coma-  
clenes à Venetis defecissent, anno à  
Christo nato cmxxxiii. Dux cum su-  
mum concilio magnam cymbarum classem ar-  
mavit, Comaclum citò recepit, ibique  
arcem edificantem curavit. At Otho-  
ne Urseolo Principe, cum Veneti Pop-  
poni Patriarchæ Aquilensi; ob clade-  
menta contra fidem Grado illaram, ve-  
hementer infensi, urbem eandem re-  
petere decreverint, Dux, & Patriarcha

eo

N O T A E. 465  
eò cum exercitu, ut tradit Sig. lib. 8. de  
regno Italæ, non suscep concilio, sed  
populo ipso jubente profecti urbem inva-  
serunt, eisque primo adveniit, deder-  
tibus custodibus, receperunt. Vitali vero  
Michaëlo Duce cum classis maxima  
adornanda, eique imperator prefi-  
ciendus esset, congregata concione, ut  
scriptum est in Annalibus, in capella  
sancti Marci Henricum Contarenum  
Episcopum, & Ioannem Michaëlem Du-  
cem genitum, in duce exercitus elegerunt,  
& ecce ferentes in Dalmatia fines pro-  
fetti sunt. Eadem ratione cum Do-  
minicus Michaëli reipubl. clavum te-  
neret, ad papam Calixtum, & Duxem  
Venezie Antiochenum, & Hierosolyma-  
tanum Patriarcham, & Baldwinum II. Rex  
Hierusalem legatos misserunt petentes,  
ut sicut necessitas exigebat, eis provide-  
rent, & auxilia necessaria ferrent: Ca-  
lixtus etiam per suis numeris Duxem ad  
hoc inducit, fideique vexillum illi tra-  
didit. Dux igitur Christianis compatiens,  
concone collecta in capella sancti  
Marci de subfido exhibendo Venetos ex-  
hortatus est, populi ergo collaudatione  
crucem assumunt, & ccc circiter ga-  
leas, & naues bellicas, & onerarias  
parare decernit; tantum vero aberant

Gg Duxes

Duces à Monarchia, quam Bodinus & alii nonnulli obiciunt, ut non solum in condendis legibus, paceque, & bello statuendo: sed in iis etiam, que ad agros publicos, vestigia & atrium pertinenter, cuncta ad concionis arbitrium agerentur. Etenim cum Petro Tribuno Duce, Clodio civitati onera imponerentur, ea sanè non Dux unus pro jure suo, sed ipse cum suo consilio, & omnes totius Venetia majora, & minores constituerunt, qui prater Ducentos, & Iudices & tabulis publicis subscripti sunt. Otho vero Orfeolus Dux anno à Christo nato mixtum novæ Civitati ex pacto & conuento, eadem fere onera subeunda decernerentur, non ipse imponere aulus fuit, sed unde cum suis judicibus concilio, & populo Venetia; tabulis vero ad subscripti sunt. At cum Ioannes Maurocenus Monachus insula, quæ D. Georgii appellatur, donatus fuit, Tribuno Memo Principe, id his epis. verbis litteris consignatum est:

*In nomine Dei Salvatoris nostri Iesu Christi, anno ab incarnatione ejusdem Redemptoris 932. mensis Decembris vigesimo, indictione undecima Rivo-alii. Quia tu Joannes, Mauroceno Monachus, Religioni Christi traditus, lacum illi*

tibi aptum, & ceteris securioribus Christi, dñe considerans petitissi, ibi & posterius Christo servitum monachus dari: hoc est Ecclesiam S. Georgii Martyris quo semper fuit capella Beati Marti, titulua, & ius nostri Palatii. Ideo nos Tribunus, Dei gratia Venetia Dux, metus tuus precibus, horantibus & consentientibus nobis D. Vitale egregio Patriarcha, simul cum Episcopis nostris, & cum primatibus seu majoribus, & populo Venetie, quorum manus optimorum, obfirmitatis indicia, subiis adscripta sunt, assensum petitioni tuae cum successoribus nostris damus, eandem Ecclesiam perpetuam alter fieri Monasterium, ad laudem omnipotentis Dei, & nostra Patria quietiem, ita ut in omnibus diuisa vita tua monastico more vivas, ceteram Christo servitum, juxta directionem à Deo tibi traditam, ibi potestati in ordinare debes, fine nostra, vel successorum nostrorum, aut cuiuslibet hominis contrarietate, cum tunc adficio, libris, thesauro, & vinea ibi conjuncta, & paludibus, rebusque mobilibus ad eam pertinentibus; quia aquam est, Christo famulari desiderantibus, libera in omnibus illi seruendi tribuantur facultas. Quicquid autem tu ibi dederis de tuis facultatibus, aut situ tam melio-

468 IN DONAT. IANNOT.  
raveris, nullus in vita, ve post transi-  
tum tuum, inde aliquid requirere pra-  
sumat; sed in dominio ejusdem Ecclesie,  
quam deinceps monasterium perpetua-  
liter manendi ordinamus, serisper ma-  
nent ad successentiam fratrum subse-  
dium: verum ob minus, molestias, aut  
contrarietates à nobis, aut successoribus  
nostris sibi inferendis prefatum mona-  
steriu[m] relinquere non debeas; sed cum  
possidere, tenore, meliorare, & ad cul-  
tum diuinum providere, juxta regulam  
Beati Benedicti, debes sine nostra, aut  
successorum nostrorum, vel aliorum ho-  
minum contrarietate, ut dictum est.  
Post tuum verò transiit potestaten  
inde damus cum successoribus nostrarū  
Abbatis, qui ibi per tempora fuerit, &  
exeteri fratribus, ut eorum sit monasti-  
rium per successionem, & constituti-  
nem, seu regulam exeterorum mona-  
steriorum Dei. Verum quia Ecclesia fu-  
rat pertinens ad dominicum Basiliacu[m]  
Sancti Marci, que est capella nostri Palauū,  
& liberă à servitute sancta Matru E[st]a-  
clesie, volumus, ut in eadē libertate  
fuerit consuetat, &c. Hunc verò di-  
plomati Dux ipse cum Episcopis, &  
alii ad cxxx subscripti sunt. Vitalis  
Michaël quedam reipubl. vestigata  
ad annos xi vendidit; super sunt huc  
rarum

N G T AE. 469

rarum monumenta in haec verba con-  
scripta, ex quibus, quanta fuerit Ducis  
auctoritas, facile confabat: In nomine  
Dei, & Salvatoris nostri Iesu Christi,  
anno Domini millesimo centefimo sex-  
agesimo quarto, mensis Iunii, indictione  
xii Rivo-alti. Si propria utilitati quic-  
quid amare videmur, qua ad commu-  
nem spectant utilitatem, proponsum suu-  
dio, uehementiori diligentia pertractare  
atque gubernare debemus. Quapropter  
nos quidem Vitalis Michaël, Dei gratia,  
Venetia, Dalmatia, atque Croatia Dux,  
cum judicibus, & sapientibus, atque  
populi Venetiarum collaudatione & con-  
firmatione, cum nostris successoribus  
concedimus, atque damus vobis quidem  
Sebastiano Ziano partes duas totius  
mercati Rivo alti, & Auvio Mastro-  
petro similiter partes duas, Annano  
Quirino partem unam, Gratori Dan-  
duolo unam, Tribuno Barozzi unam,  
Petro Memo unam, Joanni Vai unam,  
Marco Grimano unam, Angelo de Bo-  
naldo unam, item Auvio Aureo, &  
Leoni Faltero, & Petro Acotanto unam,  
de qua parte medietas est Auri Aurei;  
& alia medietas est inter Leonem Fal-  
tero, & Petrum Acotantum. Hunc  
igitur mercatum Rivo-alti, & omnes  
reditus nostri communis, qua in Rivo-

Gg 3 alio

470 IN DONAT. IANNOT.  
alto sunt, vobis concedimus, &c. ab istis  
calendis Maii, usque ad undecim annos  
completos. Hac ideo vobis damus, quia  
de uestro proprio haveremus communia  
in maxima necessitate constituto sub-  
venientis, videlicet marcas argenti mille  
centum quinquaginta inter vos omnes  
persolvitis, &c. Subscriptis vero Dux,  
tres judices, & alii cix. Quis vero re-  
gium statum his Duciis tribuere po-  
test, qui cuncta cum Iudicibus, & fa-  
cientibus, & quod caput est, cum ipsius  
Populi collaudatione & confirmatione  
faciebant? Neque vero nomen Ducis  
exteris prepositū Monarchie signum,  
immò vero quod minime solum, sed  
concilio, facientibus, & populo pra-  
positum fuerit, ejus quas diximus mi-  
ttonis, certissimum indicium esse de-  
bet. Quid? quod Vitalis Faletrus Dux,  
licet proprio expendio, ut annales lo-  
quuntur, & pretio adificasset à funda-  
mentis castrum Lauret, cum id non  
nullis incolendum concederet, non  
tamen sine conciliis, populique auto-  
ritate id ausus est effigere. Superest mo-  
numentum hoc, in quo disserit; *Vita-*  
*lis Faletrus, Dei gratia Dux, nata cum*  
*Petro Baduario venerabili nostro Pa-*  
*triarcha Gradenſi, & cunctis nostris*  
*Episcopis, & iudicibus nec non cum*  
*nobis.*

N O T A E. 471  
nobilibus principalibus nostris, & populo  
Venetiarum damus castrum ad perpe-  
tuum retinendum, &c. atque onera  
imponit. Subscriptis vero Dux, Iudi-  
ces, & alii LVI. Neque solum in hujus-  
modi rebus concilii aut concionis au-  
toritate & decreto opus erat, sed cum  
legati reipubl. nomine creandi essent,  
Dux cum Patriarcha, Episcopis, Clero,  
& Populo Venetiarum eos eligebat: hi  
namq; omnes Ioannem Contarenum,  
& Ioannem Dentem Diaconum dele-  
gerunt ad Ioannem Papam, & Ortho-  
doxum Imperatorem in Synodo Roma  
congregata, ubi vijs & discipulis privi-  
legiis Gradenſis Ecclesiæ definitione Sy-  
nodi terminatum est, dictam Ecclesiæ  
esse Patriarchalem, & Metropolitam to-  
tius Venetie; quod sicut Petro Can-  
diano Duce. Quod autem magis mi-  
reris, in rebus etiam parvi ponderis  
nihil Duces sine concilio statuebant,  
quod apparent ex iis, quæ de supplica-  
tione Deciparæ Virginis decreta, anno  
a Christo nato M CXLII, cum Petrus  
Polanus reipublicæ præsideret, littera-  
rum monumentis commendata sunt,  
ut in tabulario Patriarchali videre est:  
*In nomine Domini, & Salvatoris nostri*  
*Iesu Christi, anno millesimo centesimo*  
*quadragesimo secundo, mensis Februarii,*

G g 4 indi-

472 IN DONAT. IANNOT.  
indictione sexta Rivo-alti, si ea que an-  
tiquitus, praesertim pro nostra Patria  
honore & utilitate, à Predecessoribus  
nostra provisa, ac diligenter considera-  
tione statuta sunt, in sua dispositione  
confervanda, & manutendenda con-  
venientur, inter cetera quae indepro-  
viantur, honor patria conservatur, & au-  
geretur, disodium omne viratur, ac nobis  
ipsis non modica quies conferatur, signi-  
dem, &c. Cumque nos Petrus Polanus,  
Dei gratia, Venetiarum, Dalmatae,  
atque Croatiae Dux, & Ioannes Polanus,  
eadem gratia, Castellanus Episcopus,  
hujusmodi d' sedis respicere venuerunt, ne  
deinceps amplius feret, operam dedimus.  
Congregatis igitur nobis in nostro Palauo  
unde cum nostris judicibus, & ipsis viris  
sapientibus, qui praeerant concilio, qui  
hoc in tempore pro honore, & utilitate,  
se & salvatione nostra Patria habi-  
bantur, querimus concilio Venetie popula  
evidere facimento est auctoritas; ipsique  
honor, & probatum, ac salvationem,  
& quietem nostram patria diligenter ca-  
lenderentes unanimiter dixerunt, & col-  
laudaverunt, & nos presummatu Pet-  
rus Polanus, Dei gratia, Venetiarum  
Dux, & Ioannes Polanus eadem gratia  
Castellanus Episcopus, confirmavimus  
Clero, & populo Venetiarum collaudan-

N O T A E. 473  
tibus quod &c. Monumentum hoc, si  
quicquam aliud, mistam reipublice  
formam non solum pra se ferre, sed  
etiam clamitare videtur; in eo nam-  
que Dux, qui regis personam quodam  
modo sustinet, se pro jure suo concilium  
coegerit testatur: concilium vero  
ex judicibus, & viris sapientibus con-  
stare, quorum concilio Venetia populus  
obedire sacramento erat auctoritus, quid  
aliud repräsentat, quam Aristocratica  
formam? Quid autem à concilio de-  
liberatum fuit, id totius populi firma-  
tum esse confessu, nonne popularem  
statum demonstrat? Hoc verò, nisi  
quid me fallit, quam longissime à pura  
Monarchia distinctum est. Vnum o-  
mittere non possum, quod in anna-  
libus animadverti, antiquos Duces ne  
in matrimonio quidem peregrinam  
ducere ausos, sine populi assensu. Cum  
enim annales Othonis Vrfeoli Ducis  
nuptias referunt, hoc utuntur loquen-  
di genere: *Hic Dux cum populi volun-  
tate Graciam uxorem duxit, filiam Gettae  
Ungarorum Ducis, & sororem Stephani  
regis, qui pro sancto habitus est.* Eant  
modo Veneti nominis hostes, & Regi  
prorsus potestare p̄deditos prædicit  
eos, qui ne uxorem quidem ex animi  
sententia alienigenam ducere possent.

474 IN DONAT. IANNOT.  
Ius tamen dicebant Duces ipsi, judices  
pro arbitrio eligebant, à quibus pro-  
vocare ad Duces cuicunque integrum  
erat; uno verbo, totam reipubli-  
tam, quæ ad judicia spectant, soli tem-  
poribus illis tractabant. Sed cum o-  
mnia reipubli. prospere processissent,  
multis civitatibus in ejus ditionem &  
potestatem redactis, imperii finibus  
propagatis, ipsâque civitate mirum  
quantum auctâ & amplificatâ, multos  
creare Magistratus necesse fuit, de qui-  
bus in notis ad Contarenum & lan-  
notium satis dictum est. Non defini-  
qui Venerorum Duces ante Sebâlia-  
num Zianum non modo regali autho-  
ritate præditos, quod hucusque refelli-  
mus, sed etiam Imperatoribus subje-  
ctos prædicens eo nomine, quod  
iis multa, ut vocant, privilegia ob-  
tulerint. Sicut enim in federe à Ca-  
rolo Magno cum Leone Imperator  
innovato, de libertate, immunitate  
quiete Venetorum cautum fuit, anno  
Christo nato Dccc xii ut referit Sigonius  
lib. 4 de Regn. Ital. ita non modo Ca-  
rolus Crallus fedus, ut Signiorum vedi-  
utar, inter Venetos atque Italicos  
subjectos in quinquevnum renovauit,  
anno Dccc LXXI. & Vido Imp. post  
decennium Petro Venetiarum Duc-

atq

N O T A E. 475  
atque Hugo Rex Vrso, anno c M XXIX  
vetus privilegium de tutâ justâque re-  
rum suarum in regno Italico possestionem  
firmarunt; sed etiam Berengarius II, anno  
c M L, & Henricus IV, quem  
Germani scriptores appellant, anno  
M c XI, & Lotharius III, M c XXVI fe-  
dus inter Venetos & Italicos redinte-  
gerunt, ac fines posuerunt; quod et  
iam Henricus III fecerat, qui in Mar-  
chiam cum venisset, Tarvisii fedus cum  
Vitali Faltero Duce Venetorum renova-  
vit, & filiam ejus e sacro fonte suscepit,  
& cum corpus sancti Marci novi con-  
dita ade inventum, variis miraculis vi-  
cinorum in se cœlos convertiſſet, &  
ipse Venetas adiit, atque urbem lustra-  
vit, & reipublica descriptiōnem laſda-  
vit, & monasteriis privilegia multa in-  
delſit. Ego vero ex his ipsis privilegiis  
nihil pro regio statu, nihil adverſus  
pristinam libertatem concludi posse  
exſtilmo. Nam quod iſi afferrunt, Ve-  
netorum Ducibus, non reipubli. & aut  
communitati inscripta privilegia, id  
nullo negotio refellit priſca reipublica  
cōfuetudo, quam ad hanc ipſam diem  
constantissime retinuit, omnia tra-  
ctandi, atque adeo scribendi Duci nomi-  
ne. Cæterū quis non videt, ex  
primo feedere Caroli Magni cum Ni-  
cephoro

476 IN DONAT. IANNOT.  
cephoro non datam, sed firmatam v.  
netorum libertatem, ut ab utroque  
Imperatore securi viverent? Quis non  
intelligit id præcipue cantum, ut sine  
molesta res suas, fundos scilicet, in  
Patavino, & ceteris Italici regni parti-  
bus possiderent? Nonne testantur id  
ipsa verba? Cum vero Carolus Crassus  
feedus icisse dicitur inter Veneto &  
Italicos sibi subjectos, nonne Veneti  
ab iis, qui subjecti sunt distinguit, at  
que minime subjectos ostendit? Quid  
tandem alii sibi volunt, qui de tali  
justâ quer rerum suarum in Italico regn-  
o possidente privilegium, confirmari,  
quam idem tribuere, quod Carolus  
Magnus, ut scilicet fundos sine mole-  
sta in continente possiderent? Mola  
possem privilegiorum fragmenta in  
medium proferre, ex annalibus nostris  
collecta; sed cum omnia ferè eadem  
tribuant, satis erit Henrici IV, qui à  
Germanis V dicitur, privilegium, quod  
integrū ad manus meas pervenit, nō  
scribere, ut nemini licet imposterum  
tam absurda & inepta objicere, quia  
ea sunt, quæ nequissimi homines fa-  
gunt, & fomnant.

*In nomine sancte, & individuæ In-  
nitatis. Henricus, Divulga faciente Cl-  
mentia, Quintus, Romanorum Imper-*

11

N O T A E. 477  
or Augusti. Quoniam stabilem Chris-  
tianorum Principium charitatem ope-  
rari plurima bona, ad multorum utili-  
tatem, evidenter novimus, & virorum  
sapienter, & discretor Receptores regnum  
suum, notos habere semper & amicos  
curavimus. Ordeiaphum Falterum Dei  
danic Christianum, & clarum Ducem Ve-  
netorum, quem luce sapienter, & rotius  
honestatis libertate prædicabiliter palle-  
re, manifestum est, habere noscere &  
amicum ad decus Imperii nostri stabili-  
tate perpetua decreverimus, ad cuius rei  
perpetuam confirmationem hoc, quod  
ipse Dux vir sapiens & honestus, fieri  
exaudibiliter postulavit à nobis, consilio  
nostrorum Principium digna posulatio-  
ne impetravit. Hac igitur ratione tanta  
dilectionis uniti, nostram utrinque cari-  
tatem rationabiliter obseruavimus, &  
in multi magnique negotiis, publicis ac  
privatis, eus sinceram dilectionem, &  
præclaram sapientiam imperio nostro, &  
nobis, nostrisque fidelibus utili exister-  
probavimus, & quia ipsius rei eviden-  
tia, & sapientum judicio sapientia dis-  
cretus ipse Dux Venetici Regni rector ex-  
sistit, & egregia voluntas, & pure di-  
lectionis exhibito, quam semper erga  
nos habuit, & nostrum imperium, eum  
nobis in omnibus commendabilem exhi-  
buit,

478 IN DONAT. IANNO. T.  
buit, dignus eius, & honestus interven-  
tus apud nostram Imperatoriam Maj-  
estatem, locum charissimi amici & viri  
sapientissimi venerabilitate obtinuit. Ig-  
tur obsecratur, & venerabilem ejus di-  
lectionem vera charitatis vinculis afri-  
cam, quicquid ipse Dux, & Venetici  
Ducatus Ecclesie, & Populus, retro pe-  
triginta annos, imperii nostri potestat,  
secundum quod in precepto nostri patris  
& nostrorum predecessorum, Regum,  
& Imperatorum continetur, & paulo  
Ostros Imperatoris legitur, iuste, &  
legaliter habuit, & tenuit, per hanc no-  
stram Imperiale paginam renovamus,  
atque confirmamus. Hujus autem non  
internuntiis inter nos & praedictum Du-  
cem nostrum charissimum amicum, omni-  
nobiles extiterint, Vitalius Falerus eju-  
s consobrinus, Morecenus, & Stephanus  
lectus eiusdem Ducis Capellanus & Can-  
cellarius, atq[ue] Virgo Iustiniianus vir illu-  
stris, non quod istorum gratia vel cuiu-  
libet alterius hoc faceremus, sed solum  
modo disclci clementiae Ducis charissimi  
nostris, essi indissolubiliter uniti sumus,  
prout dictum est. Hoc ergo iniqui-  
dem ut pars parti nil malignum, aut in-  
justum, sed semper quod rectum est, in  
omnibus rationibus rebusque facere pre-  
sumat; & si, quod absit, aliqua malitia

71

vel legio inter partes commissa fuit, per  
huius foederis decreta tegatur, ac scilicet  
satisfactio a rebelli & transgressor  
parte ad pacatum obseruandum, hec se-  
ries foederis inviolabiliter semper ma-  
neat, per cuncta annorum currícula, re-  
mota contradictione vel impugnatione  
tam nostra, quam nostrorum successo-  
rum omnium, quia in justum videatur,  
ut aliquis vel sis, vel aliu aquis san-  
ctionibus oppugnare nitatur, & ut ma-  
xime a specialiter notentur vicini po-  
puli, tam ex nostro Imperio, quam ex  
praedicto Ducatu Venetia, a quibus o-  
mnimodo hanc pactionis institutionem  
obseruandam effi decreverimus. Hi sunt  
ex nostro scilicet iure, Papienſes, Medio-  
lanenſes, Cremonenſes, Lucentiſes, Pisanſes,  
Genuenſes, Placentini, Ferrarienſes,  
Ravennates, Comacienſes, Florentini, A-  
ritimenſes, Pisaurienſes, Cenzenatenſes,  
Ianenſes, Senogalienſes, Anconenſes, Hu-  
manenſes, Fermenſes, Eporienſes, Vero-  
nenſes, Montificenſes, Gaultenſes, Vin-  
centenſes, Paduenses, Tarvijienſes, Ce-  
netenſes, Forajultenſes, Hisprienſes, &  
cuncti de nostro Italico regno, sive qui  
modò sunt, sive qui imposterum futuri  
sunt. Ex praedicto vero Ducatu Venetia  
sunt Rivoaltus, & Metamaucenſes,  
Cluienſes, Taleſkinenſes, Caputerga-  
lenſes,

480 IN DONAT. IANNOT.  
lensis, Brantellenses, Lauretenses, Ba-  
brienses, Mirianenses, Majorbienses,  
Tercellenses, Cimianenses, Burianen-  
ses, Constantienses, Aquilenses, Capro-  
lenses, Civitatisnenses, Finenses, Graden-  
ses, & cuncta generalitas populi Ven-  
etia, sive qui modo sunt, sive qui sunt  
fuerint. Confirmamus itaque Venetorum  
fines à nemine nostrorum inquietari, n-  
rati, vel minorari debere; sed libere, &  
absque ullo impulse, quo retro ab anno  
postidem triginta, dinceps posseant.  
Proprietates vero, & prædicta, que ha-  
bent videtur tam ipse Deus, quam su-  
Patriarcha, nec nos & Episcopi, Abba-  
tes, & Ecclesia sancta Dei, & reliqua  
populus Venetia sibi subjectus, infra pi-  
testationis imperii nostri, sive in camp-  
sive in dominibus, pratis, sylvos, vinen-  
tudibus, saltibus, stationibus, piseationib-  
us, & ceteris possessionibus, quiete pos-  
deant, absq; cuiusquam insulam in-  
chinatione, aut lesione, sive suauia  
quapiam tergiversatione: ita ut non  
contrarietatem eis facere præsumat, ne  
etiam venationem, aut populationum  
fine corrum licentia exerceat, neque vi-  
tentiam ibi residentibus inferat. Non  
aliquam navium ipsorum Venetorum  
aliqua nostri imperii parte pericli-  
rem predari, seu hominibus naufragiu-

patim

N O T A E. 481  
patientibus aliquam controverxi ac in-  
ferre presumat; quod si qui fecerint,  
componant centrum libras auri perifini:  
illu, quibus injuriam facere præsum-  
sint, & re eis domino possidentrum  
mancipientur, & quiete liceat possessori-  
bus illas tenere ac frui: quod si excursus  
inter partes factus fuerit, persona ipsa,  
qua in capite fuerit ad tandem multi-  
tudinem facienda, infra sexaginta dics  
tradatur, & omnia, qua fuerint ablata,  
in duplum restituantur. Quod si ipsum  
duplum compositum non fuerit, vel si  
ipsa persona tradita non fuerit infra dies  
sexaginta, ut dictum est, tunc per unam  
quamquam personam, qua ipsam multi-  
tudinem perpetravit, componant auri si-  
lidi quingenti. Si furtum inter partes  
factum fuerit, duplum restituatur. Si  
servi, aut ancilla inter partes consuge-  
rint, cum omnibus rebus, quas secum de-  
tulerint, reddantur, & Index, qui ipsos  
fugitivos reddiderit, accepit pro uno  
quoque singulos solidos auri: sic tamen  
ut si amplius requiratur, per sacramentum  
idoneum dominus illorum satisfactus sit.  
Si vero iudex, vel alius ipsos fugitivos  
suscepit, & eos reddere negaverit,  
& exinde fugerint, tunc pro uno quoque  
fugitivo componat auri solidos sepa-  
ginta duos. Quod si dubium fuerit, &

H h dene-

482 IN DONAT. IANNOT.  
denegaveris iudex, vel auctor loci illius  
in quo ipsi fugitiui requiruntur, tum  
probant sacram nrum duodecim electi  
quod ibi nec suscepit fuerint, nec illas  
habent, nec in conscientia illorum sint,  
nec aliquis res eorum sacrae habuerint.  
Si autem huc desulerint facere, post pri-  
mam & secundam contestationem, pre-  
sentia testium per pactam iusitatem ju-  
dicii sui, licet ex pignorare hominem  
de ipsi loco, ubi causa requiriatur, in-  
tamen, ut ipsorum pignus prius peradju-  
vicia per integrum reddatur, & nulla-  
tenus licet alicui pignus accipere pa-  
lia loca, nisi ubi fugitiui, am causa  
requiruntur. Et si pignorare perven-  
iat, non presumat alia pars pro pigno  
aliam pignorare, sed expedit usque ad  
audiendum causam, ita sicut ut cause  
in sex ensium spatio siant, & sint simi-  
la, reddens prius quid ex iudicio con-  
demnat uicit. & pignus suum recipiat.  
Nam si quis de alio loco pignus tollit  
presumpsit, aut sene causa tulerit, aut  
aliquem pro pignore pignorare presum-  
psit, in duplum quod tulerit, restituat;  
si vero equi, vel equae, aut armata, aut  
alia quadrupedia fuerint stirata, in du-  
plum restituantur: Si ipsa erraverit,  
modis omnibus reddantur. Quod si post  
primam & secundam contestationem  
minimi

N O T A E. 483  
minime redditia fuerit, tunc pignoratio  
sunt de loco, ubi requiritur, usque dum  
pars parti satuſaciat, & post satuſac-  
cio nem reddantur ipsa pignora. Et hoc fa-  
ciunt est, ut si fugitiivus, seu res reddi-  
ta fuerint, vel si per sacramenta satu-  
ſacatio adimplita fuerit, modis omnibus  
pars parti securitatem faciat. Si quis  
vero extra memorata capitula pignorare  
presumpsit, causam perdat, & qua-  
tulerit, restituat. Negotia autem inter  
partes siant; & licet dare, & accipere,  
quicquid inter eos convenierit, sine ali-  
qua violentia vel contrariaitate, ita ut  
aqua conditio utrariumque partium ne-  
gotiatoribus conservetur. De ripatico  
autem secundum antiquam consuetudi-  
nem, pars parti observet omnem quadra-  
gemam, & licentiam habeant homines  
ipsius Ducis ambulandi per terram, sive  
per flumina totius Regni nostri, similiter  
& nostri per mare, & per flumina usque  
ad os, & non amplius. De hoc convenit,  
ut si qua lesio inter partes evenerit, le-  
gati non detineantur, si vero detenti fuer-  
int, relaxentur & componantur eis soli-  
di trecenti, & si, quod absit, occisi fuer-  
int, componantur parentibus eorum  
pro ipsis solidi mille, & ipsa persona tra-  
datur in manibus ipsorum. Si quis inter  
partes causam habuerit, vadat semel  
Rh 2 vel

vel bis cum epistola judicis, si: si ei justitia minime facta fuerit infra dies 14, si ipse homo unde justitia requiratur, infra ipsum locum fuerit, infra dies septem licentiam habeat pignorandi: Index qui ipso tempore ordinatus fuerit infra causam suam, quantum iussum debitum erit, & ipsum pignus usque ad prenumerata notis: quod si ante festet ipsum pignus, componantur solidi duodecim causa manente, & pro eo iterum pignoratio fiat, ubi potuerit in finibus, ubi causa requiritur: Si tamen ubi judicium ambabus partibus annuntiatum fuerit, residentibus duobus de utraque parte, de loco ubi causa requiritur, quod ipsi determinaverint per enodium, pars parti satisfaciat. Additum autem, si si quis homicidium perpetraverit, modis omnibus ipse, & quam mixxi fuerint in homicidio, ligati trahantur. Quod si factum non fuerit, in unaquaque persona componantur aut solidi 300. simili pena decernimur mandandum eum, qui in communione multum populi excitans homicidium perpetraverit: quod si tumultus submicerio, aut plaga sedatus fuerit, imponas pro excitatione solidos aurum. Si aliqua pignoratio in silva fieridebit, sine homicidio fiat, & si, quod abs

hunc

485  
homicidium factus jurvit, pro libero homine cōponantur auris solidi 300, & pro servo 50. Et si plaga facta fuerit, ut non moriatur, pro libero homine solidi 50, pro servo 50. Statutum est, ut in rebus sacrarum Ecclesiarum Dei nullus pignorationem faciat, excepto si cum sacerdotibus causas habuerit, & ante compellatio fiat semel, vel bis; nam qui aliter prae sumperit, duplum componat, & pignoscens pignoraverit, pybeat sacramentum, & si solitus, pignusque fulvum restituat. Et hoc fieri de capulo, quod Rivoalenses, Olivolenses, Metamauenses, Albinenses, Torcellenses. Amianenses fecerunt retro ab anno 30, habeant licentiam faciendi secundum antiquam consuetudinem, sive per sinmina, sive per mare. Equeleenses vero capulari debent in ripa sancti Zenonis, usque in fossam sancti Metamauci & Gentionis, secundum consuetudinem, & omnem arborum vobere cum carro, ast ad collum, quantum sibi placuerit, & habeant licentiam pecudes in ipsis finibus pascere, vel pabulari. De finibus Civitatis Nova dicimus, ut terminatio, quæ à tempore Liviprandi Regis facta est inter Panunctionem Ducem, & Marcel lum magistrum militum, deinceps manere debeat, id est, de plave maiore usque

Hh 3

in

486 IN DONAT. IANNOT.  
 in plavem sicciam, peculum quoque &  
 gregem cum feceritate fas erit. Capriani  
 vero in sylva F. rojuliana, ubi semper  
 capulae verunt, capulare debeant; simili-  
 ter Gradenses secundum antiquam con-  
 stitudinem in fatis Forejulii capulam  
 faciant. Confirmamus etiam Laurentium,  
 ut quantum aqua salsa continet, quia  
 subfase est potestati. Et nullus Princeps,  
 vel pauper aliquem Veneticorum diffim-  
 gere, aut legem facere de aliqua Vene-  
 tia substantia, aut ad placitum dicere, nisi  
 in praesentia illorum Duciis, aut fatrum  
 tollere de illorum terris, que in nocti  
 regno sunt, aut bannum mittere, tam  
 de habitantibus in Venetia, quam de illo-  
 rum hominibus ubiquecunque habitantibus  
 iustitiam aliquam accipere presumat,  
 nisi in praesentia Domitorum suorum.  
 Confirmamus, ut pars parti de causis Ec-  
 clestarum & monasteriorum omni modo  
 iustitiam faciat. Volumus, ut pro una  
 libra denariorurn, ab uno homine factu-  
 mentum, & si usque duodecim librae  
 denariorurn, Veneticorum duodecim illi  
 juratores addantur. Nam si ultra du-  
 decim libras questio facta fuerit, jure-  
 tores ultra duodecim non accedant. Se-  
 tuimus etiam de pignoribus, qua in  
 partes posita fuerint, illi tributarum  
 tributum jurandi, qui pignus habent.


filii

N O T A E. 487

soli, sive electio. De auctionibus vero  
 simili modo agatur.

Si quis igitur Dux, vel Marchio, Co-  
 mer, Vicecomes, aliquave magna perso-  
 na huius nostra Imperialis pagina viola-  
 tor exierit, quod minimeturum cre-  
 dimus, sciat se compositurum libras auris  
 optimi mille, medietatem camera nostram,  
 & medietatem Ducis Veneticorum, quod  
 ut verius credatur, diligentiusque ab o-  
 nibus obseretur, sigilli nostri impres-  
 sione hanc paginam manu propria cor-  
 robante suscimus insigniri.

Signum D.  
 Henrici V,  
 Rom. Imp.  
 iugissimi.



Brucardus Cancellarius, & Monas-  
 triensis Episcopus, vice Alberti Archi-  
 cancellarii Moguntia sedis electi re-  
 cognovit. Datum xi kalend. Iunii, in  
 diuina quarta, anno Dominica incar-  
 nationis millesimo centesimo decimo pri-  
 mo, regnante Henrico V, Imperante

Hh 4 primo,

Nihil igitur antiquius habuerunt  
Duxes nostri à Caroli Magni tempora-  
ribus usque ad hanc temporā, de qui-  
bus agimus, quām ut Veneti res in re-  
gno Italiz possiblas retinerent, ad qua-  
libet ripas & littora naves applicare  
possebant, atque in cunctis civitatisibus  
imperio subjectis gratis atque tuō ne-  
gotiarentur. Quæ cuncta, & alia multa  
scutis non gravatae, immō gratuī ab  
Henrico obtinuerunt, ita ab aliquo  
Imperatorum, & Regum, qui Ortho-  
nem praecesserant, non nisi *ante pellitio-*  
*fusso* consecutos nullus nego. Sed qui  
ob id libertatem amissam subiectam,  
quæ Imperatori fuisse rem publicanu-  
scibunt, nihil aliud quām improli-  
tatem summam, ac summam insi-  
tiani produnt, qui nullas viderint fa-  
deris tabulas, quibus expissimè maxi-  
mi principes, & nullius alterius pot-  
estati subjecti, levioribus etiam decau-  
sis, non paribus modò principibus;  
sed longè inferioribus ex pacto & con-  
vento aliiquid solvunt. Henricus au-  
tem Veneti nomini propensus, anno  
à Christo nato M C xvi mense Marzo  
Venetas profectus, atque honorificè  
habitus, urbis situ, ædiumque dēcoro,

qua

que diligenter invisi, mirifice delecta-  
tus, votis Sancto Marco solutis, &  
monasteriis, possessionibus regni auctis  
discessit. Etenim non sibi subjecere sed  
promovere, & ad cœlum ferre cura-  
bant Reges, & Imperatores magnani-  
mi, medio mari natam urbem, ut contra  
hostium injurias libertatis domicili-  
um aeternum esset. Quæ maritimæ  
rei studio addicta, ingenti totius Italicæ  
commodo, non modo strenuam ne-  
gotiationi operam daret: sed etiam Sa-  
racenis semel atque iterum navalibus  
copiis devictis, ingenti clasfe in orien-  
té missa ad Christi sepulcrum recupe-  
randum, Gallis & Vngaris intra austri-  
aria animosè & fortiter repulsi, Ita-  
licam virtutem, & gloriam ubique pre-  
se ferret: adeoque cunctis bellū & pacis  
arribus inclareret, ut ei jam civi-  
tates se sponte subjecerent, & soluto  
quorannis tributo deditiōnem face-  
rent. Sed hec haec tenuis adolescentiam  
juventus consecuta est, quæ à Seba-  
stiano Ziano ad Martinum Georgium  
Ducem usque proiecta c xxxi  
annorum spatio comprehenditur. Bo-  
dinus & alii, qui superiores Veneto-  
rum Duxes regali auctoritate pre-  
dictos autuunt, quod nos superius  
argumentis firmissimis & evidenter

Hh 5 mis

490 IN DONAT. IANNOR.  
mis redarguiimus, reipublice quoque  
formam hoc tempore immutaram  
scripserunt, arque ab uno ad omnes  
conversam, longè tamen opinionis  
falluntur. Quemadmodum enim mul-  
ta de priorum institutis circa Ducem,  
multa circa concilia immutata sunt,  
pro temporum conditione & reipubl.  
ampliudine; ita nihil omnino innova-  
tum est, quo mista, quam attulimus,  
reipublice forma distoluta fuerit. Du-  
cum sane auctoritas non semel immu-  
nata, & certis legibus circumscripta,  
ut à finibus regia potestatis quam lon-  
gissimè abeset; eorumque eligendo-  
rum ratio, qui olim à populo non sine  
maxima rerum perturbatione, porti-  
genda manu, fundendoque clamor  
creari solebant, variata fuit, eligend-  
que facultas ad paucos translatā.  
Duo sunt, quae Ducis auctoritati plu-  
rimū derraxerunt, Tribuni, sive Con-  
siliarii seni, qui ei semper assiderent  
adjuncti, & multi Magistratus insi-  
tuti, cum reipublice finibus propaga-  
tis, & civitate mirum quantum am-  
plificata, Dux ipse & judices cuncti  
muneribus parés esse non posset.  
De Consiliariis annales ita loquuntur:  
*Huius Dux initio ordmatum est, q-*

N O T A E. 491  
*cum Duce semper adesse debeant ad re-  
gimen exercendum. Magistratus vero  
multi constituti; Iustitiarii primi,  
quibus annone & rei cibarię cura com-  
missa. Advocatores communis, ludi-  
ces petitionū, & alii, ut anno MCCLXVII  
in ducario jure de his omnibus men-  
tio facta fuerit. Consiliaris, Ind pro-  
prii, Petitionum, Forensicorum, Exa-  
minatorum, Procuratorum, de Mobili  
quatuor procuratoribus Ioannes Marei,  
Advocatoribus Communis, Consulibus,  
Superconsulibus, Quinque de pace, Do-  
minus de nocte. Quod vero caput est,  
ipsa lex sive jus Ducarium, quod ante  
multis plebiscitis dispersum & incer-  
tum erat, in unum coactum, & recte  
dispositum, & ordinatum, electis Du-  
cibus proponi cæptum est, qui con-  
ceptis verbis ab eo se ne transuersum  
quidem unquam disseculuros jureju-  
rando firmarent: & IIII viri electi,  
qui Ducis auctoritatem, prout rei-  
publice expedire judicarent, novis ro-  
gationibus corrigerent. Ducus autem  
electio à concione ad XII viros primò  
deducta est. Etenim ante Duci huius,  
Sebastiani scilicet Ziani creationem;  
Trimarii civitatis statuerunt ad evi-  
tanda scandalata, ut persquitinium eli-  
gerentur XXIV ex majoribus civitatibus,  
qui*

492 IN DONAT. IANNOT.  
qui remaneant XII, his verò detur sacra-  
mentum de eligendo Duce optimo, po-  
sito amore & odio, qui per oculo suffragia  
prospera eligatur; & hac deliberatio  
fuit laudata in publica concione. At in  
creando Aureo Mastropetro à XII ad  
XI viros ventum est. Nam Veneti  
de convalescentia Ducis penitus despe-  
rati, electionis processum utiliter fibi ca-  
gnitum subtilius elimanentes sanxerunt,  
ut quatuor tiri, providi eligendi qua-  
draginta alios nominarent, per quorum  
majorem partem electus Dux ab omni-  
bus haberetur, qui omnes quadraginta  
furent ad sancta Dei Evangelia, coram  
omnibus, quod precius, precius, odio, &  
amore omisso illum eligentem in Ducem,  
quem ad hanc dignitatem cognoscerent  
potiores. Verum cum electores pati  
suffragiorum numero Iacobum Teu-  
polum, & Marinum Dandulum Du-  
cem creasent tanta constantia, ut  
nullis artibus de sententiâ dimoveri  
possent, quo factum est, ut ex populi  
decreto res ad sortem revocata fuerit,  
tortisque beneficio Theopolus Dux re-  
nunciatus, ne imposterum aliquid talis  
accidere posset, Veneti ciues sanxerunt,  
quod electores sint XL, & sicuti Dux  
majori parte XL electorum eligebatur,  
ita nunc per majorem partem XL elegi-  
debat,

N O T A E. 493  
debat, & electus juramentum prebet.  
Cum vero electores sine ulla suspicio-  
ne fraudis creari deberent neq; tanta  
res sorti omnino committenda vide-  
retur, novam quandam atque subtri-  
llissimam eorum eligendorum ratio-  
nem Veneti constituerunt, quam ad-  
huc recipiunt. Etenim Confiliarii, &  
cap. de XL Rectores Veneriarum, cum  
majori concilio & collaudatione populi,  
formam electionis futuri Duci subti-  
lius elimanentes sanxerunt, quod defuncto  
Duce & sepulso, vocetur majoris Conci-  
lium, & capta parte de eligendo fusi-  
rum Ducem, immediate fuit electio de  
quinq; probis viris, qui diligenter de-  
beant examinare promissionem, & com-  
missionem Domini Duci, & falsa ex-  
aminatione corrigerere, & addere id, quod  
visum fuerit corrigendum, & adden-  
dum; & accepta probatione in majori  
concilio, de eo quod ipse statuerunt, &  
correxerunt, devenerunt postea ad elec-  
tionem, & quod minores annorum XXX  
completorum hic concilii interesset ne-  
quirent. Et quod congregato concilio  
numeratisque omnibus, tot ballotæ de-  
cerē posserentur in uno capello, quorū es-  
sent illi de concilio, & in triginta cedis-  
la interclusa esset, in qua scripsus foret  
elector; & illico per nomina singulorum  
per

494 IN DONAT. IANNOT.  
per texeram venientium ad capellum in-  
fans unus extrahat unam ballotam que  
detur uno Confiliarii afflenti; & u-  
nusquisque, cœjus nomine accepta fuerit  
ballota, cameram intreat, usque ad  
perfectionem numeri pralibati xxx; &  
tunc in capello ponantur 30 ballotes, &  
in novem ex ipsis fit cedula cum inscri-  
ptione inclusa; & illi novem, quorum  
nomini excepta erunt ballotæ cum scri-  
ptis, reliqui secedentibus, in cameram de-  
beant remanere. Et ipsi per septem ad  
minus eorum inconcordium elegant 40  
qui eodem modo sortialiiter remanente  
debeant in xii; qui duodecim per novem  
eorum ad minus inconcordium 23 pro-  
dentes homines elegant per antedictum  
modum, qui sortialiiter remanente debeant  
in novem, qui novem per septem ad mi-  
nu eorum inconcordium 45 providi  
viro, ex quibus postea undecim rema-  
nentes, per novem ad minus concordia  
XLI notabiles viros eligere debeant; qui  
XLI per vigintiquinque eorum ad minus  
in concordia futurum elegint Duxem;  
ita tamen quod in aliqua electione non  
posit esse, nisi unus per prolem, & si  
per antedictum modum Dux fuerit pro-  
creatus. Et quod Confiliarius junior,  
antequam procedatur ad electionem, in-  
debeat in Ecclesiam sancti Marii, &

falla

N O T A E. 495  
falla oratione primum puerum parvum  
qui ei obviauerit, accipere debet  
pro extrahendo ballotas, & sit balloti-  
nus futuri Dux. Igitur Dux Venetæ  
republice ut semper fuit non natus,  
sed lectus est ( ac majori curâ, & arti-  
ficiosius eligi nihil mutat republice  
formam ) quamque semper habuit  
angustam principis speciem, eandem  
aducet retinet habitu, incelsu, sella, &  
iisdem omnibus, quæ superius attuli,  
dignitatis insignibus, tantæ digni-  
tate & auctoritate, ut representaret  
quodammodo, non re ipsâ obtineat  
regiam facultatem, & eadem ferè per-  
maneat, que ab ipso urbis initio insti-  
tuta fuit, misla republice forma. Hoc  
vero scuti ex iis, quæ Ducem attin-  
gunt, certissimum est, ita ex iis, quæ  
ad concilia & concionem pertinent,  
multo fane exploratius erit. Vidimus  
consiliarios senos Duci adjunctos Tri-  
bunorum loco, quos olim eadem au-  
toritate binos, & postea quarternos  
creatros superius ostendimus. Hi mi-  
noris concilii nomen, quod olim Tri-  
bunis fuerat, retinuerunt, quod ex  
Ducario jure Marini Mauroceni Du-  
cis perspicuum est. Si autem six consi-  
liarii minoris concilii erunt concordes  
cum majori parte concilii majoris, &c.  
nunc

496 IN DONAT. IANNOT.  
nunc vero id concilium, minus Domi-  
natio vocatur. Sapientes olim ad Du-  
cis arbitrium convocabantur, qui pro  
re nata x, aut xx proceres in concilium  
adhibebant, id vero cum maximog-  
nomento rebus publicis esset, fa-  
ctum est, ut in bello, in faderibus, aut  
pace tractanda sapientes viri à majori  
Concilio eligerentur, qui Duci atque  
Consiliariis assidentes, rem aliquando  
probè discussam ad concilium refer-  
rent; aliquando vero pro voluntate  
& arbitrio terminarent. Hinc sape  
legimus: *Decretum est, ut facta in-  
stantis belli per Duxem, & Consiliarii  
& xx sapientes nebiles vivos debeat agi-  
tari.* Ex iis, prout credo, originem  
traxere sapientes illi, qui magni Con-  
ciliis continentis, & ordinum nomine  
à senatu creati, Duci atque Consiliariis  
in excelso Principis collegio asside-  
rent. Concilium Rogatorum à Du-  
cibus institutum est, qui cum re mag-  
ni ponderis atque momenti tradan-  
da esset, seniores & prudentiores re-  
publica proceres, ut adessent, arque in  
commune cōsulerent, rogabant, quod  
cum uero reatum edicti reipublica sal-  
tare cognovissent, Veneti cives per-  
tuum cōstituerunt. Hujus concilii no-  
men anno à Christo nato M CCLIII  
legi-

N O T A E. 497  
legimus in publicis tabulis. *Capta fuit*  
*pars, quod qui à modo in antea ierit*  
*republica causā, ultra Trentum, vel*  
*ultra Alpes, vel ultra Iadram, vel ultra*  
*Forum Iulium, vel etiam aliquo occa-*  
*sione diulos confines pertransuerit, quo-*  
*cunque modo vadant, sive foris de omni*  
*officio, & etiam si de concilio Rogatorum*  
*esset, sive foris de ipso concilio: quod*  
*tamen Rogatorum nomen in anna-*  
*libus multo ante legisse memini: Anno*  
*tamen MCLXXV decretum est, ut in*  
*majori concilio eligeretur eodem modo,*  
*& eadem forma, q̄ia eliguntur XL,*  
*est concilium contra sit revocatum.*  
Non tamen erat concilium hoc eā  
auctoritate, quā modo fulget, sed cum  
a majori concilio multa Duci, Consiliarii,  
Rogatorum & xl-virali con-  
ciliis delegarentur his verbis: *Capta*  
*fuit pars, quod illud, quod D. Dux &*  
*Consiliarii, cum conciliis rogororum,*  
*& xl fecerunt, & facient super factio-*  
*D. Patriarcha, sit firmum, sicut fa-*  
*ctum esset per maius concilium: vel,*  
*Capta fuit pars, quod D. Dux, & Con-*  
*silarii cum concilio Rogatorum & xl*  
*posint, & debeat videre super factio-*  
*Creta, & illud quod inter eos capietur,*  
*sit firmum; & ita debeat obseruari:*  
*sicut factum esset in majori Concilio.*  
Ii Cum-

Cumque id frequentissime fieri coningeret, placuit tandem quæ singula mandari solebant, universa committi, concilium verò, Senatus etiam nomen adeptus, ad hanc ipsam amplitudinem & maiestatem pervenit, ut sapientissimus & augustinissimus totius orbis terrarum senatus & sit, & habeatur. Bodinus verò, qui eum tanta varietate mutabilem appellat, ut Veneti ob id ejus splendorem obscurerent, & in apertum discrimen rem publicam coniurant, dum arcana perungantur, & novis senatoribus, rerum præteritaram iguari, summa reipublica gubernacula committantur, excusandus videtur, cum nesciat quolibet anno, quanquam itur in suffragia, eodem tamen senatoris ergari; novos autem, in locum eorum qui vel absum reipublicæ causa, vel diem suum obrunt, vel reipublica male administrata recessuntur. Sed cum singula tantæ reipublicæ mysteria cognoscere, non sit advena atque peregrini hominis, saltem prudentis suissiter, que negligebat, non reprehendere. Quadragesinta-virale concilium perantiquum est, & maximæ olim in republica auctoritatis, cui ferè cuncta commisserant, quæ nunc Senatui, vel Do-

cent.

cem-virum concilio : à concione præcis temporibus electus judicio, anno vero M C LXXIV. à concilio majori eligi capitur, ut alia ferè cuncta reipubl. munera. Etenim cum lege latâ statutum esset, ut electio de XL si sit de cetero in majori concilio per resolutionem, sicut sunt alia electiones : cautio tamen adhibita fuit, cum ista conditione, quod si inveniatur, quod non posset fieri per concilium, quod debent fieri cum Averengo, si expediterit. Reliquum est, ut de majori concilio, & de concione nonnulla dicamus. Majoris concilii nomen in reipublica infantia eâ de causa non inveniri existimo, quod Tribuni, sive Consiliarii Duci assidentes, aut nondum erant, aut minoris concilii nomen nondum obtinuerant: quapropter sicuti judices, & sapientes in perverulis tabulis minoris concilii locum obtinunt; ita Proceres, & Majores, Populique collaudatio majoris concilii, & concionis vice legi solent. Præca tamen concio, quæ non ex universo populo, (quî namque in Ecclesiâ D. Marci, aut D. Nicolai, quæ tunc multo minor erat, congregari potuisse ex omnibus Insulis?) sed ut superius diximus, ex tribunis, tribunitiis viris, & aliis nobilioribus,

I i 2 &amp; fa.

& sapientioribus constituebarur, tempore procedente à populi tumultuosa concione, qua Arengum appellari cœpta est, distincta majoris concilii nomen adepta est. Qui vero in id concilium cooptabantur, ab electoribus in singulos annos eligi solebant; sed idem fere, aut certe ex idem familiis, quod publica tabula aequem monumenta vetustatis demonstrant: spuriis tamen lega latè nominarim accen-  
tut. Cum vero quotannis per elec-  
tiones majus concilium crearetur, neque decessent novi homines, qui vel divi-  
xiis, vel parrium studio elati tantum  
sibi sumerent atque arrogarent, ut ad  
reipublicæ gubernacula admitti, at-  
que in majus concilium cooptari val-  
lent, ab electoribus autem præteriti  
iniquissimo animo repulsam ferrent,  
jam res eò pervenerat, ut nisi pru-  
denti ratione malorum conatus in-  
ter obviam, periculosest, ne  
tandem privatæ offensiones in aper-  
tam seditionem erumperent, & re-  
publicæ administratione cunctis exz-  
quo communicata forma periret in-  
fira, atque nova induceretur, qua  
eundorum dominationem contine-  
ret. Itaque necessario & saluberrimo  
concilio, quod antea perverstâ rel-  
publi-

publicæ consuetudine<sup>1</sup>, & electorum prudenter institutum & firmatum fue-  
rat, latè lege sanctum est, ut proce-  
ribus, & antiquioribus civibus majoris concilii aditus pateret, cæteris non item: verbis tamè mitigata res est;  
descripti namque non proprio no-  
mine appellati Nobiliores & Veruissi-  
mi; dictumque ut qui superioribus quatuor annis, vel ipse fuerit, vel pa-  
trem, aut maiores habuerit ex aliquo Veneriarum concilio, is cum posteris perpetuo jus obtineret majoris con-  
cilii: ita nunquam populo & plebi fu-  
premissum jus tributum, sed Nobilium concilii; ut non satis ego mirai queam, quid isti sibi velint, cum re-  
publicæ formam ab unius domina-  
tione ad omnes, ab omnibus vero ad paucos conversam scribunt: siquidem nec unus unquam, nec omnes, nec pauci, civitatis imperium atque sum-  
mum jus obtinuerunt. Sed ut in mi-  
flâ formâ acciderit solet, & uni, &  
cunctis, & paucis nonnulla tributa, ut ex his cuiilibet manifestum est.  
Concioni sive Arengo, id est, plebi atque populo, postquam à majori concilio segregata est, pauca tributa sunt: jus enim ex convocanda adem-  
ptum Duci, atque majori concilio

502 IN DONAT. IANNO. T.  
concessum est; neque convocatam  
reperio, nisi ut Cancellarium, exer-  
citus imperatore, atque Duxes col-  
laudarerentur, ut D. Marci procurato-  
ribus pupillorū tutelam, à majori con-  
cilio commissari laudaret. De Can-  
cellario anno à Christo nato MCCCLXII  
capta fuit pars, quod magister Timus  
debet laudari à populo pro Cancellarii  
nota quod exente Martio in publica  
concione laudatus, & confirmata fuit.  
De Imperatore MCCCLXXXIX capta fuit  
pars, quod die Dominicā posuit fani  
Arenatum, pro dare vexillum Capita-  
no exercitus; quod post electum Du-  
xem perpetuum factum esse legimus  
quānam vero fuerit Populi auctor-  
itas, contra quam credi vulgo solet in  
electis Ducibus approbandis, Ducarū  
juris prōēmium demonstrant. Cum non  
de nostra fortitudine & prudentia, sed  
sola praeceperit clementia Creatoris, in  
eius arbitrio & voluntate univoca  
sunt potest, quod ad Ducalē culmen  
pervenerimus dignitati. Vos habetem  
in Ecclesiā Beatis Marci, Euangelijs  
Domini glorijs, qui patronus noster &  
signifer est in omnibus, aggregati,  
quantum erga nos habueritis dulcedinem  
charitatis, manifestius ibi ac perfidius  
demonstratis, cum ad prolationē eligen-  
tium

N O T A E. 503  
tum nos vice nostra & nomine, in ex-  
clum manibus elevatis, Deum unanimi-  
ter glorificasti, in voce landis magnifica  
& exultationis; quoniam per intercessio-  
nen glorioſissimi Evangelista sui Mar-  
ci, Nos in Duxem vobis dederat & Re-  
torem; unde super his gratias, quas pos-  
sumus omnimodas persolventes Altisi-  
mo, cuius magnitudinis non est finis; &  
Euangelista suo, gubernatori nostro; &  
vobis quoque super letitia magna, quam  
de promotione nostra geritis & habetis,  
grates referentes uberes, nostrum ve-  
bul, &c. Quod igitur modò fieri vi-  
demus, ut novus Dux populo in Ec-  
clesia D. Marci ostendatur, atque in-  
geni plausa, erectisque manibus à  
multitudine excipiat; id olim quo-  
que factum esse cognoscimus, præter-  
ea nihil. Misra igitur reipublicæ for-  
ma, quam in infantia, ceterisque æta-  
tibus ostendimus, eadem in juventute  
permanisti: nihilque omnino iis tem-  
poribus accidit, quod perpetuae Veneti-  
orum libertati notam inutere posset:  
quod sicuti apud omnes in confessio-  
ne, ita dementiam hominis satis ri-  
dere non possum, qui Constantiensis,  
ut vulgo dicunt, pacis tabulas ad Ve-  
netam libertatem oppugnandam per-  
petram atque pravè detorrit. Cum  
enim

504 IN DONAT. IANNOT.  
enim societas Löbardie à Friderico Im-  
peratore pacē peteret, promisit Impera-  
tori prabere fidem, & parati, cū ten-  
deret Romanam coronam causā, transīum  
& comitatum idoneum. Ex quo Vene-  
tias quoque ad id praestandum, fa-  
dere isto teneri scripsit. At cautionem  
in fecdere adhibitam prætermisit, fa-  
deratas civitates omnes promittere,  
qua antecessores sine molestia fecerunt;  
quo sit, ut cum Veneti elapsi tempo-  
ribus nihil fecerint, nihil quoque im-  
posteriorum præstare debeant. Id vero  
ipſis tabulis multo clarius statuum  
est: *Nobis intrantibus Lombardiam,*  
*qui solent & debent, quando solent &*  
*debent, præstabunt, & vias, & pontu*  
*bona fide resicient, in esendo, & redem-  
do comitatum idoneum, & nobis, & no-  
stris præbebunt.* Cum vero nomina-  
tim recenseat Imperator omnes sub-  
jectas urbes, quibus gratiam facit, de  
Venetii nulla profrus mentio facta,  
quod cuicunque debebar silentium  
imponere; sed hæc facis. Juventutis sic-  
cessit confans & firma ætas, que  
non ferocitate, ut adolescentia & ju-  
ventus, sed gravitate quadam & pri-  
denta commendatur. Hæc anno à  
Christo nato M CCC IIII auspicato ex-  
orta, adhunc usque diem felicissimum

pro

505  
N O T A E.  
progressa, æternum diis benè juvantili-  
bus permanens videtur. Decem-vi-  
rūm concilium atrocioribus punien-  
dis sceleribus institutum, eidemque  
maxima tributa auctoritas, que se-  
mel, atque iterum salubri tempera-  
mento circumscripta fuit; multique  
Magistratus, aut instituti, aut extinti,  
sicuti reipublice statum atque insitam  
formam delere non posseunt; ita non-  
nulla immuraverunt; quo factum est,  
ut sicuti reipublica infantia, & pueri-  
tia unius Dominationi, adolescentia  
vero, & juventus omnium; ita virilis  
ætas paucorum imperium propensior  
videri possit: eâ tamen ratione ut mul-  
ta populariter, multa regiè constituta,  
nemo inficias iverit; cunctique possint  
in Duce Regis exemplar; in x. viris, &c  
x. viris Aristocratice speciem; in  
majori concilio, quod m̄cc numerum  
superat, Democratia imaginem quan-  
dam inruerit. Reditissime vero, & doctissi-  
mè Contarens ex tribus reipublice  
speciebus temperatam Veneta reipu-  
blice formam affirmavit: quod licet  
Bodinus obstinate, vel contra Aristo-  
telem posse fieri neget, fati tamen,  
(tanta vis est veritatis) neque sciens  
neque prudens coactus est. Dum enim  
Rempublicam scribit statum populayant



506 IN DONAT. IANNO. NOTAE  
sapere. &c de Ragusio inquit, certè quid  
dem hac Refixibus a ovariis, quas accu-  
pimus purissimam, & ab omni populari  
temperatione remotissimam Aristocra-  
tiam colit, formarum mistionem, ve-  
lit, nolit, in aliis admittit, qua si un  
quam alibi, certè in republica nostra  
egregio, & admirabili temperamento  
inter se miscentur.

F I N I S.



I N D E X

R E R V M E T

V E R B O R V M.

A.

- A** Cademia Venetorum. 415  
Ado author vita Caroli M. 346  
Advocati frue Caufidici. 223, 234  
Agilulphus Longobardorum rex. 44  
Agnetus collegium. 367  
Aimonius frue Annonius, author vite  
Caroli Magni. 346  
Alaricus rex Gothorum vastat Ita-  
liam. 340, 342  
Alexius, Imperator Oriental. 74  
Aloysius XII. rex Gallie. 263, 271  
Anaxius fluvius. 36, 62  
Andreas Dandulus dux Venetorum. 46,  
248 cognominatur Canis. 298, 299  
Andrea Griftius dux Venet. 184  
Andreas Michaëlius, legatus Venet. 74  
Angelus Participatius Tribunus Rivis  
alti, electus dux Venet. 372, 388,  
393, 395, 461  
Angelus Trivisanus dux Venet. accu-  
satur. 240  
Antonius Grimanus dux Venet. in ju-  
dicium vocatur. 240  
Antonius Michaëlius. 77  
Aquileia urbs. 31, 42, 446  
*Aquia-*

## INDEX.

- Aquileiensis concilium.* 447, 448  
*Arengum sive Concio.* 500, 501, 501  
*Arma bellica reip. Ven.* 279, seqq.  
*Armamentarium.* 280  
*Arnus fluvius.* 32  
*Aysnale, locus fabricandarum na-*  
*vium.* 277, seq. 410  
*Athesis flavius.* 32, 36  
*Attila rex Hunnorum Italiam va-*  
*bitat.* 26, 31, 41, 42, 341  
*Auditores veteres, & novi.* 221, 230,  
 248, 249, eorum bipendium. 23  
*Aurius Mastropetrus dux Venet.* 71  
 247, 188, 492.

## B.

- Biomontana conspiratio.* 49, 281,  
 313, 314  
*Baldwinus II. rex Hierosolym. auxilia*  
*petit a Venetis.* 46  
*Beatus Obelerii Ducus frater.* 37, seqq.  
*Dux landatisfmus.* 358, 361, 370  
*Belgarum negotiatio cum Venetiis.* 278  
*Belisarius dux Iustiniani Imper.* 41  
*Belli terrestris apparatus.* 269, 276,  
*navalis.* 270, 271  
*Bellorum sumptus.* 269, sqq.  
*Bellum Gallicum duce Pipino.* 31, 61,  
 297, 346, seqq., 362, 366. *Ravn-*  
*nensis.* 64. *Cretensis.* 69. *Lipi-*  
*cum* 49, 283. *Genuensis.* 69, 91, 283.  
*Fatali-*

## INDEX.

- Patavinum.* 14, 3. *Ferrariensem.* 271.  
*contra Emanuelem Imp. Greec.* 68,  
 271. *cum Ludovico Gallie rego.* 70,  
 209. *cum Vngaris & Gracis.* 282. *in*  
*Syria.* 283. *in Gallia Cisalpina.* 283.  
*Bergomum urbs.* 267, 285  
*Bodinus.* 294, 417, seqq. *multa in re-*  
*publ. & magistratu Venet. repre-*  
*hendit.* 300, seqq. *multis refuta-*  
*tur.* *ibid.*  
*Bovoniana conspiratio.* 314  
*Bragora, locus supplicii.* 388  
*Brixia urbs.* 267, 285  
*Bucentaurus, genus navigii.* 278

## C.

- Cancellarius magnus Venetiarum.*  
 328, seqq. *regni Creta.* 330  
*Canonicarius Venetiarum.* 440  
*Caprula urbs.* 345, 434  
*Carolanus Crassus Imp. fatus pangit cum*  
*Venetis.* 474, 475  
*Carolus M. Imperat.* 350. *fatus invitit cu*  
*Dalmatis & Duce Venet.* 354, 355.  
*cum Nicophoro Orient.* *Imp.* 461.  
*Longobardo in Italia debellat.* 460  
*Cassar Contarenus.* 410, 429  
*Castiodori epistola ad Venet.* *Trium-*  
*viros scripta.* 438, seqq.  
*Castella gemina.* 26, 319  
*Castellorum portus.* 32, 319  
*Cata-*

## INDEX.

- |   |                |
|---|----------------|
| Cataverum.  | 419            |
| Cayarum omnium cognitio quo modo facili<br>in urbe. 221, seqq. 245, 311, in pro<br>vincis.  | 236, 237       |
| Causidici.  | 223, 224       |
| Cenfore ubi creantur. 152. & quare sibi<br>eorum officium. 150, 256, seqq. 261  | 41             |
| Cephallenia insula.   | 41             |
| Cives Venetiæ urbis. 51, 324. eorum du<br>genera.   | 327, 328       |
| Clodia fossa.   | 26, 320, seqq. |
| Clodia urbs.  | 345, 461       |
| Collegium quid sit. 55, 57, 154. ejus mu<br>nus.  | 157            |
| Collegium frugum. 214, 215. ejus origi<br>nem.  | 409            |
| Collegia opificiorum.   | 330, 331       |
| Collegia pietatis.  | 331, seqq.     |
| Comactum urbs. 359. deficit.  | 461            |
| Comitia majora. 54, seqg. eorumque<br>61, 62, 77, 378 tres forma. 81, seqg.<br>quibus ad ea convenire licet cum<br>cultate suffragiorum. 99, seqg. Pa<br>tritorum in Curiis numeru. 16,<br>140, 141, 505. | 16             |
| Comitia interclusa. 50, 93. author inter<br>clusorum.   | 93             |
| Conclavis in quibus Comitia celebrantur<br>descriptio.  | 105, seqg. 441 |
| Concilium Magnum. 55, 378, 493, seqg.<br>505. Minus. 380, 496. Rogatione  | 551            |

I N D E X-

- |   |                       |             |
|---|-----------------------|-------------|
| 55, 57, 241.                            | seqq. 496. seqq.      | Decemvirum. |
|   | 200. seqq. 505. seqq. |             |
| Confiliarii duci Venet. 50, 51,         | 189, 490.             |             |
| eorum creatio. 190, 191.                | munus. 192,           |             |
| 408. autoritas.                         | 193                   |             |
| Constantinus Porphyrogenitus Imperator, |                       |             |
| author belli Gallici, duce Pipino.      | 374. seqq.            |             |
| Confides Mercatorum,                    | 413                   |             |
| Confides urbis Veneta.                  | 61                    |             |
| Corypha insula.                         | 267, 270, 416         |             |
| Corretores, & eorum munus.              | 167. seqq.            |             |
| Crema urbs.                             | 267, 285              |             |
| Creta, insula.                          | 267, 270, 416         |             |
| Creta insula Venetū attribuitur.        | 75, de-               |             |
| ficit.                                  | 142                   |             |
| Cyprus insula.                          | 267, 270              |             |
|   | D.                    |             |
| Dalmatia. 267, 270. in Dalmatiam        |                       |             |
| clavis mittitur à Venetiis.             | 465                   |             |
| Decem-viratus 200. seqq. quando in-     |                       |             |
| stitutus. 203. ejus autoritas & mu-     |                       |             |
| nus.                                    | 200, 201, 204, 409    |             |
| Decem-viri. 56. Decem-virum Pre-        |                       |             |
| fetti. 257. Decem-virum concilium,      |                       |             |
| 200. seqq. 505.                         |                       |             |
| Decem-virum capita & eorū munus.        | 205                   |             |
| Diclator Romanorum                      | 200                   |             |
| Dominicus Dandulus legatus.             | 74                    |             |
| Dominicus Flabanicus dux Venet.         | 66,                   |             |
| 68, 348.                                |                       |             |
|   | Domini-               |             |

## INDEX.

- Dominicus Maurocennus dux Venet.* 3  
*Dominicus Michael dux Venet.* 49  
*Dominatio.* 496  
*Donatus Iannotius.* 294  
*Ducarium.* 170, 280  
*Duces Venetor. quando primum creatio-*  
*tumultus sublata.* 65, 84, 85, 187,  
*quomodo jam eligantur.* 165, seqq.  
*492, 493. ritus & insignia eligendi*  
*Dacis.* 186, 187. *eius tribunal.* 106,  
 111, 112, 406. *Duchi electi honoris.*  
 180. seqq. *habitus.* 182, 183. *eius au-*  
*uthoritas & maiestas.* 55, 57, 60, 171,  
 181. seq. 189, 195, 196, 401, 413. *ni-*  
*mia licentia & supremum ius ipsi*  
*eruptum.* 84, seqq., 381, seqq. *eius si*  
*pendium.* 197. *Sep. exilio aue meni*  
*condemnati.* 68, 387. *mortui Duci*  
*sepultura.* 166, 167. *in transad-*  
*vitam inquisitio.* 168.  
*Dux decim-viri.* 86, 87  
*Duum-viri.* 37
- E.
- Electores Duchi.* 171, seqq.  
*Electores Magistratum.* 109, 110  
*corum quatuor ordines.* 111, 127. *qu-*  
*modo crecentur.* 118. seqq. *quo oti-*  
*ne 122. seqq.*  
*Electores Magistratum num simul ph-*  
*sint esse Competitores.* 140  
 Enq.

## INDEX.

- Engolismensis monachus author vite*  
*Caroli Magni.* 346  
*Entinopus Cretensis.* 343  
*Equilibrium.* 434  
*Erauni D. portus.* \* 26  
*Expense recip. Veneta.* 267
- F.
- Faleriana confiratio.* 282, 314  
*Ferraria urbs munitissima.* 30  
*Ferrarie ducum potentia.* 285  
*Fortunatus Gradensis Patriar.* 350. seqq.  
*Fodus Veneti faciunt cum Patriarcha*  
*Hierosolymitano.* 396. cum Carolo  
*Magni.* 460. cum Carolo Crasso. 474,  
 476. cum Henrico III. &c. V. cum  
*Lothario III. Imp.* 475  
*Franciscus rex Gallie.* 283  
*Franciscus Foscarius dux Venet.* 343,  
 209, 249.
- G.
- G Allie Cualpine urbes à Venet. de-*  
*scunt.* 77  
*Gemina insula.* 44  
*Germania potentia.* 284  
*Gondula cymbarum genus.* 34  
*Gradus insula.* 446  
*Gradus oppidum quando & à quibus*  
*conditum.* 345. patriarcharum Aqui-  
 lejensum domicilium. 433, 446  
 Kk Gre-

## I N D E X.

- Gregorii II. Pontif. Rom. epistola ad Vrsum Venet. Ducem.* 455, 64  
*Gregorii D. insula donatur Monacho.* 466  
*Gymnasium in Bibliotheca.* 415

H.

- Henricus Arnisani.* 427  
*Henricus Contarenuis, Episcop. Oli-*  
*volensis.* 74, 461  
*Henricus Dandulus Dux Venet.* 67  
*Henricus III. & V. Imp. fadus fe-*  
*riunt cum Venetis.* 478  
*Heraclea insula. 62. oppidum.* 434  
*Hilarii B. capella.* 391  
*Hieronymus Quirinus.* 3, 256, 288  
*Horleus Vysar Lux 3, Venet.* 64

I.

- Iacobii Apostoli templum.* 42, 343  
*Iacobus Theupolus Dux Venet.* 491  
*Iadera urbs.* 314  
*Illyricum.* 267, 270  
*Imperiis cuiusvis felicitas in quibus pe-*  
*sita.* 15  
*Imperiis Romani causa & origo male-*  
*rum.* 11  
*Imperiis Venet. amplitudo.* 267, propa-  
*gatio.* 183, 249  
*Inquisidores, & corum munus.* 167, 168  
*Insula Iudaica.* 415  
*Insulae ditionis Venetiae.* 267, 282, eam  
*defin.*

## I N D E X.

- defensio.* 270  
*Iohannes Borgarenus.* 3, 4  
*Iohannes Delphinus Dux Venet.* 141  
*Iohannes Gradenfis Patriarcha.* 348, 349  
*Iohannes Gradonius.* 388  
*Iohannes Labresca.* *ibid.*  
*Iohannes Mocenicus Dux Venet.* 271  
*Iohannes monachus Matuocenus insula*  
*D. Gregorii donatur.* 466  
*Iohannes Montanarius.* 388  
*Iann. Theupolus Venet. Patriarcha.* 415  
*Istria.* 267, 416  
*Istri deficiunt à Venetis.* 396  
*Italia laudes.* 14, malorum ejus causa. 12  
*Indices causarum civilium.* 218, 219, 411.  
*capitalium.* 241, seqq. nocturni. 254,  
*seqq.*  
*Iudices publicorum.* 412  
*Iudiciorum forme.* 206, 213, 221, seqq.  
*228. ad 256.*  
*Justinianus Imper. Constantinop.* 447  
*Iustitiaris, & eorum munus.* 491

L.

- Auredanus Dux Venet. post mor-*  
*tem condemnatus.* 168, 169  
*Laurentius Celsus Dux Venet.* 142  
*Laureti castrum.* 470  
*Lemniacum oppidum.* 286  
*Leonhardus Bembus prefectus Qua-*  
*draginta virali collegio.* 90  
*Kk 2* *Liber.*

## INDEX.

- Libertas Venetorum.* 305. à multis impetratoribus firmata. 319, 474, 475.  
à Carolo M. 460, 474  
*Liquentia fluv.* 36, 61  
*Longobardi Italiam depopulauit.* &c. 44  
*Longobardie urbes sui imperio Venetorum.* 267  
*Lotharii III Imper.* fœdus renovat cum Venetis. 475  
M.  
**M**agistratum creandorum iustipener quis. 260. modus. 109; 110, 116, 117, 127, seqq. ad 137. quo ordine siedant Magistratus. 112, seqq.  
Magistratum consequendi impedimenta. 173  
Magistratus creatis congratulandi conueniendofubilita. 264, 265  
Magistratus quid Venet. venales. 258, 259. quando. 263. quanti. 261  
Magistratus provincialis. 221, 253  
Magister militum loco Dux creatus. 64, 435, 437, 459  
Mantua Ducum potentia. 285  
Marcellianus antistes Aquileiensis. 446  
Marcus Basiliarius, praefectus xlvirat collegio. 90  
Marcus Cornelius Dux Venet. 194  
Marci D. corpus inventum. 473  
Marci D. ades. 170, 208  
Marcus

## INDEX.

- Marcus Evangelista patronus Venetor.* 367, 502  
*Marinus Bovonius.* 95  
*Marinus Dandulus Dux Ven.* 492  
*Marinus Ealerius Dux Venet.* 281. consipirat. contrarempubl. 282  
*Marinus Georgius Dux Venet.* 489  
*Marinus Maurocenus Dux Venet.* 255, 188, 304  
*Mauritii Duces Venet.* 348, 356, 392, 398  
*Mediolani principatus potentia.* 284  
*Medacius annis.* 27, 32, 36, 320  
*Mercature studium Venet.* 52, 287, 306, 307, 309, 489  
*Metamarcum insula.* 340. ad Metamarcum portus. 26  
*Metamarcum oppidum.* 345. imperii Veneti sedes. 347. capitul a Pipino ibid. & 364  
*Metamarcenses immunes vecigalium.* 367  
*Michael Stenus Dux Venet.* 143, 249  
*Montes reip. Ven.* quid sint. 272. comrum ratio triplex. 271. seqq. multis.

## N.

- N**arsis Dux Iustiniani Imper. 43. Francos debellar. 447. seqq.  
Nicephorus Imperat. Gracorum 354, 372. fœdus facit cum Carolo M. 460  
Nicolaus Leonicus. 35, 66, 288

## INDEX.

## O.

- O**belerius Dux Venet. 31, 45, 64, 350, seqq. seditionis & preditor patrie. 350, seqq. 360. ejus morte. 372, 391, 392  
**O**beliatus Olivolensis Episc. 348  
**O**dosacer rex Herulorum. 445  
**O**livola oppidum. 434  
**O**rdeolphus Faletrus Dux Ven. 74, 477  
**O**tho Imperator. 397  
**O**:bo Vyscolus Dux Venet. 464, 466, 473

## P.

- P**Alma civitas. 416  
**P**atavii urbis laudes. 4, 5, 30, 35, 267, 285. funditus eversa. 44337  
**P**atritii. 40, 48. omnium numerus. 54 quando & quomodo recipiantur insularum. 147  
**P**aulus Exarchus Italia à Gothis Ravenna pulsus Ven. Ducū opem flagitat. 454. restituitur. 457  
**P**aulinus Patriarcha Aquilejensis. 432  
**P**eculientia insignis Venetia. 46  
**P**etrus Bembus. 54  
**P**etrus Candianus Dux Venetorum. 389, 396, 471  
**P**etrus Candianus Dux filius à populo condemnatus. 389, seqq.  
**P**etrus Gradonicus Dux Ven. 81, 90, illi Petrum

## INDEX.

- P**etrus Polanus Dux Venet. 471, 472  
**P**etrus Tradonicus Dux Venet. 402, 464  
**P**etrus Tribanu Dux Venet. 595, 466  
**P**etrus Viseulus II. Dux Venet. 396, 397  
**P**etrus Zianus Dux Venet. 75, 76  
**P**hilistina oppidum. 345, 434  
**P**ipinus Rex Francorum Venetos debellat. 31, 64, 297, 346, 347. depopulatur. 162. huius rei causa. 348. seqq. insignem cladem accipit. 366. cum Venetis pacem facit. 368. seqq.  
**P**lebeii urbis Venetæ. 51, 52, 350  
**P**omponius Atticus. 9. seqq.  
**P**ons lignosablicies. 33, 322. multitudine hominum corruit. 323. readificatur. ibid.  
**P**oppo Patriarcha Aquilejensis. 464  
**P**opuli Veneti potestas & autoritatis. 387, 462, 502  
**P**ortus urbis Venetæ. 26  
**P**raetor. 221  
**P**rivilegia Venetia ab Imp. concessa. 376. a Carolo M. 460, 461. ab Henrico V. 475. seqq.  
**P**rocuratores, magistratus maxima exactimationis. 208, 211, 213. eorum administratio. 210. habitus. 210. annum stipendium. ibid.  
**P**rocuratores D. Marci. 56  
**P**rodux quo tempore sit, & ejus officium. 166, 167

Kk 4

Pro-

I N D E X.

- Provissores Generales.* 415  
*Pupillenses invomantes vestigialium.* 367

Q.

- Vadraginta viratus quid; & quo-*  
*tuplex.* 214. *eius origo.* 247, 248.  
*ejus prefecti & proprefetti quomodo*  
*eliganter.* 216, 217. *eorum authoritas*  
*& munus.* 218, 219  
*Quadraginta viri quomodo eliganter.*  
 215, 174. *seqq.* *eorum authoritas &*  
*munus.* 215, 249. *skipendium.* 253, 254.  
*eorum Presides.* 169. *Capita.* 194  
*Quadraginta virale concilium.* 95,  
 498. *seqq.*  
*Quæstiones de maleficio quomodo ha-*  
*bantur.* 241. *seqq.*

R.

- Ravenna à Gothis occupata recipi-*  
*ratur auxilio Venetorum.* 456. *sqq.*  
*Raynerius Zenus Dux Venet.* 69, 209.  
 à populo lapidibus petitus. 400  
*Redditus anni reipubl. Veneta.* 268  
*Reipublica bene constituta argumenta.*  
 307, 308, 312. *male constituta.* 308  
*Respublica Veneta obseruatione & ad-*  
*miratione digna.* 3. *perfectissima.* 14.  
*beata.* 15, 45. *eius comparatio cum*  
*republ. Romana.* 16, 18, 296. *eius sta-*  
*tes.* 49. *seqq.* 431. *seqq.* *infantia.* 49.  
 432.

I N D E X.

432. *seqq.* *pueritia.* 50, 452. *adoie-*  
*scientia.* 462. *juventus.* 489. *Virilis*  
*etas.* 504. *eius membra præcipua.* 55,  
 56. *seqq.* *administratio universitatis.*  
 54. *seqq.* *majestatu.* 59. *forma.* 429.  
 54. *seqq.* *multis.* 505  
*Rheginus author vita Careli Magni.* 346  
*Rivus altus urbs.* 41, 34, 342, 345, 437  
*Rogatorum concilium.* 55, 57, 141. *seqq.*  
 496. *seqq.* *nominatur etiam Sena-*  
*tus.* 141, 498. *eius majestatu.* 498  
*Romulus.* 79

S.

- Abellius perstringitur.* 17. *seqq.* 40.  
 66. *defenditur.* 294. *seqq.* *in mul-*  
*tis erravit.* 298  
*Safusina pagus.* 27, 32  
*Sapientum tres ordines.* 154. *seqq.* *qua-*  
*do & quomodo hic Magistratus cree-*  
*tur.* 164, 165. *eorum munus.* 496  
*Sebastianus Zianus Dux Venetorum.*  
 64, 67, 72. *seqq.* 208, 489, 491  
*Senatus Venetus.* 55, 60, 61, 141. *seqq.*  
*quibus in Senatum cum & ab ejus jure*  
*suffragiæ venire licet.* 144. *vocatur*  
*Rogatorum cœcilium.* 145. *eius crea-*  
*di ratio.* 145, 146. *quando & quomo-*  
*do convocetur.* 148. *de quibus rebus,*  
*& quomodo illa in Senatu tracten-*  
*tur.* 148, 149. *eius majestas.* 498  
*Silus*

## INDEX.

- Silis fluv.* 36  
*Suffragia quomodo in creandis Magi-*  
*fratibus colligantur.* 160, seqq. 406,  
 407  
*Eumptus reipubl. Venet.* 267  
*Supracastaldione.* 144  
*Stephanus Sabularius.* 388

## T.

- T**arvisium urbs. 267, 285  
*Theodori Martyris filium.* 44  
*Theodoricus rex Gothorum.* 144, 445  
*Thomas Fugarus author rerum Venet.*  
 374  
*Tiberis fl.* 36  
*Tiliaventus fl.* 36  
*Forcellum oppidum.* 345, 434  
*Tribuni urbis Venetae.* 62, 63, unde no-  
 men. 437  
*Tribuni majores & minores.* 434, 435  
*Tribunus Memus dux Venet.* 466  
*Tribus civitatis Venetæ.* 86  
*Trium-viratus triplex.* 221  
*Trium-viri.* 36, 221, corum authoritatæ &  
 munus. 149, 221  
*Trium-viri Advocatores.* 221, corum  
 stipendium. 23  
*Trium-viri Syndici.* 309, 43  
*Triremes Decem-virum.* 278  
*Triremes instruere ad defensionem.* 270  
*Tristianus Savornianus.* 91  
*Trypho*

## INDEX.

- Trypho Gabrieliua.* 3, 4, seqq. 294, ejus  
 cum Pomponio Attico collatio. 9, 10, 13.  
*Tumultus in urbe Veneta.* 69, 70  
*Turcarum potentia.* 184  
*Turcarum clasibus adversus Venetos.* 201

## V.

- V**alentinus Dux Venet. Obelerii Dux.  
 frater. 354, ejus mors. 372  
*Vedigalita reip. Ven.* 268  
*Veglia insula.* 372  
*Veneta urbs.* quando & quibus occasio-  
 nibus primum condita. 26, 41, 47, 48,  
 334, seqq. 342, seqq. & amplificata.  
 43, 44, ejus status. 25, & seqq. ad 37.  
 & 286, portus. 26, munimenta. 27.  
 seqq. pulchritudo 34, seq. salubritas  
 aera. 35, abundantia omnium rerum.  
 36, 286, incolarum & armis ferendis  
 idonearum numerus. 53.  
*Veneti in tres classes distributi.* 40, 32, 43  
 seqq. bellicosi. 45, potentissimi. 283.  
 auxilia suppeditant Iustiniano Imper.  
 43. Balduno II. regi Hierosolym. 465. Paulo Italia exarcho. 456.  
 corum laudes. 305, 318. eorum immunitates  
 & privilegia ab Imperatoribus  
 concessa. 376. à Carolo Magno. 460,  
 461. ab Henrico V. 476, seqq.  
*Venetia, tractus Italæ.* 15, 31  
*Verona urbs.* 267, 285  
*Vicen-*

## I N D E X.


- Vicentia urbs.* 267, 286  
*Vigilius pontifex Romanus.* 447, 448.  
*Vitalis Faletrius dux Venetor.* 74, 399,  
 470, 471.  
*Vitalis Michælius dux Venet.* 44, 65,  
 77, 271, 465, 468. confeditur. 67, 69  
*Viriges rex Gothorum captus.* 43  
*Virbes ditionis Venetæ.* 267, 249. carum  
 praefidia. 270. munimenta. 285, 286  
*Virbes Gallie Cisalpine à Venetiis defi-*  
*cuntur.* 70  
*Vitis III. dux Venet.* 434. à populo  
 interficitur. 418  
*Vrsoli.* 68, 389

## Z.

- Zacynthus, insula.* 415


F I N S.

*Figura B.*



*Figura. C.*





*Figura D.*

*Figura. E.*

